

945.11
D262st
V.2

Return this book on or before the
Latest Date stamped below.

Theft, mutilation, and underlining of books are reasons for disciplinary action and may result in dismissal from the University.

University of Illinois Library

APR 16 1986

NOV 20 1989

JUL 20 1990

L161—O-1096

Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign

http://archive.org/details/storiadeiprincip02datt

STORIA

DEI

PRINCIPI DI SAVOIA

DEL RAMO D'ACAIA

SIGNORI DEL PIEMONTE

DAL

MCCXCIV AL MCCCCXVIII

PREMIATA DALLA R. ACCADEMIA DELLE SCIENZE

DI TORINO

[Pietro Luigi Datti]

VOLUME SECONDO

TORINO

DALLA STAMPERIA REALE

MDCCCXXXII

945.11
D262sL
v.2

I documenti che compongono la presente raccolta, e che servono di prova alla storia dei Principi di Savoia, che col titolo di Principi d'Acaia governarono il Piemonte, sono tutti ricavati o dagli originali, o dalle copie autentiche, che conservansi nel regio archivio di corte, nell'archivio camerale, ed in quello della città di Torino. Intorno alla loro sincerità non havvi a dubitare. Non solamente il luogo istesso ove sono conservati vale a premunire il dotto contro ogni sospetto, ma altresì, esaminato l'intrinseco loro colle più esatte regole di paleografia, non ne risultò la più inconcludente presunzione a favore della falsità od interpollazione.

In nota di ciascun documento, per più sicura intelligenza del leggitore, parrà ad alcuno che io avrei dovuto spiegare quelle voci di barbara latinità che sono poco intelligibili, e che contengono modi di

546863

dire in uso presso i nostri maggiori, e corredarle di annotazioni relative allo studio della critica-diplomatica. La considerazione che per i più poco giova simile lavoro, e che senz'esso i dotti in paleografia avrebbero ritrovato pascolo alle loro meditazioni, mi trattenne dal farlo.

Quantunque per benignità sovrana sia per impiego ammesso al regio archivio di corte, tuttavia proibendomi i regolamenti di estrarne copie, la Maestà del Re Carlo Felice mi fu largo della sua protezione, ed in mio favore derogò allo statuto. Promotore del favor sovrano, e mecenate in questo lavoro mi fu l'eccellentissimo conte Napione di Cocconato P. P., e presidente capo del regio archivio, la di cui memoria ed affabile bontà rimarranno indelebili nell'animo mio. La morte sua compianta da tutta Italia lasciò un vuoto nella letteratura piemontese, e me privo di dotti e saggi consigli non solamente nell'ardua carriera delle lettere, ma altresì nel viver sociale. Lo sanno tutti come io ne abbia pianto, e ne pianga la perdita. La Maestà del Re Carlo Alberto si degnò di confermare la protezione dell'Augusto suo Predecessore a quest'istoria, e mi autorizzò a pubblicare i documenti.

L'archivio camerale mi fu aperto per benevolenza di S. E. il signor conte Calvi P. P. della regia camera de' conti, e quello della città di Torino nel mille ottocento ventinove per amorevolezza e gentilezza somma della Civica Amministrazione.

DOCUMENTI
DEL LIBRO PRIMO

DOCUMENTI

N. I.

Vassalli della Chiesa vescovile d'Ivrea.
1227. 11. *febbr.*

Anno dominice natiuitatis millesimo ducentesimo septuagesimo nono indictione septima die sabbati undecimo mensis februari coram testibus infrascriptis sancte yporegiensis ecclesie electus precepit mihi infrascripto notario ut exemplarem quoddam publicum instrumentum cujus tenor talis est. Anno domini millesimo CCXXVII. indictione prima die VII. intrante martio presentibus testibus domino aymone filio comitis sabaudie comite petro de sancto georgio domino petro de maxino domino oberto de magnano domino jacobo de barrono et multis aliis. Cum dominus obertus diuina prouisione episcopus yporegiensis fecisset vocari et congregari vassallos ecclesie yporegiensis in ciuitate yporegiense inter quos fuit dominus bonifacius marchio montisferrati de valperga dominus mattheus et dominus willielmus et dominus wido de sancto martino dominus maynfredus dominus arducio dominus albertus et dominus willielmus de valle montis alti dominus jacobus de recagno et dominus conradus long et jacobus consul de illis de castello dominus ardizio de catego de comitibus de cabaliaca dominus petrus dominus tebaudus et ubertus de dominis de barrone dominus wido et dominus willielmus et petrus de cordua de dominis de marcenasco dominus morinus et dominus petrus et arduzio et philippus

de arondello et gorricius de comitibus castrimontis dominus johannes dominus pontius dominus raymondus de dominis de florano obertus et jacobus de dominis de turre dominus arduzio et jacobus omnes predicti interrogati ab predicto domino episcopo sub fidelitate qua sibi et ecclesie yporegiensi tenentur quid tenent ab eo et que sunt maiora media et minora feuda et quantum pro quolibet feudo debet reddi et fieri cum casu fortuito incendii magnam partem de scripturis suis ammiserit in camera sua habita deliberatione comuni consilio responderunt quod decem sunt maiora feuda ecclesie yporegiensis scilicet feudum marchionis montisferrati quod tenet in feudum clevaxium castagnetum sanctum georgium id quod tenet in verolengo et debet dare ecclesie yporegiensi decem libras pro fodro regali et tres equos paratos cum vadit ad curiam imperatoris vel summi pontificis et fidelitatem et homagium feudum de cabaliaca quod est quidquid habent domini de cabaliaca in erbario arelio meolo septimo roveario vestignaco carauino et quidquid habent a cabaliaca usque ad fines yporegie teneant ipsi uel teneantur ab eis in dictis locis et debet dictum feudum dare decem libras pro fodro regali similiter et tres equos et facit fidelitatem et homagium feudum dominorum de valle montisalti computato feudo dominorum de castello debet reddere decem libras et tres equos et facit fidelitatem et homagium et facit quatuor homagia feudum de cauagnolio debet dare decem libras et tres equos et facit fidelitatem et homagium feudum de candia reddit decem libras et tres equos et facit fidelitatem et homagium feudum de castelliono similiter feudum de barrono et de orio similiter feudum magnum de riparolio similiter feudum de turre similiter feudum de marcenasco similiter quatuor sunt media feuda feudum sancti martini quod debet dare sex libras pro fodro regali et duos equos paratos ad eundum ad imperatorem et omnes faciunt fidelitatem et duo homagia feudum illorum de

aliceto sex libras et duos equos et faciunt fidelitatem et unum homagium feudum romani sex libras et duos equos et facit fidelitatem et duo homagia feudum de baer sex libras et duos equos et facit fidelitatem et homagium quatuor sunt minora feuda feudum aduocatorum de strambino quod debet quatuor libras pro fodro regali et unum runcinum ad eundum ad imperatorem et facit fidelitatem et homagium feudum de badellerio quatuor libras et unum runcinum et facit fidelitatem et homagium feudum illorum de villa de strambino quatuor libras et unum runcinum et facit fidelitatem et homagium feudum barbanie viginti solidos pro fodro regali et unum runcinum paratum ad eundum ad imperatorem feudum parelle viginti solidos et unum runcinum castrum lorenzadii viginti solidos et unum runcinum feudum de torraz viginti solidos et unum runcinum feudum verzellini de rondizono viginti solidos et unum runcinum feudum armini de lezulo quod tenent dominus ubertus et dominus jacobus de castromonte viginti solidos et unum runcinum feudum de rondizone raynaldi et consortum suorum decem et octo solidos feudum villielmi de candia viginti solidos de quibus debet dare eclesia de quarto quindecim solidos feudum azello viginti solidos feudum de solerio yporegiense viginti solidos feudum abonenfium sexdecim solidos feudum fanuellorum viginti solidos feudum domini bovolei decem solidos feudum illorum de porta tres solidos feudum illorum de piro quindecim feudum grassorum duodecim feudum domini yporey balbi decem solidos feudum de bolengo decem feudum guillielmi de barolio et consortum suorum uiginti et unum runcinum monasterium sancti stephani yporegiensis decem libras capitulum yporegie decem libras feudum morini de marcenasco in valle cliuina decem solidos feudum decime vallis cliuine viginti solidos. Actum in palatio episcopali ecclesie yporegiensis et ego paganus sacri palatii notarius his omnibus interfui et presens instrumentum scripsi et tradidi. In palatio ecclesie

yporegie. T. hanriotus de riparolio qui stabat cum infrascripto domino electo et iohannes albalesterius qui stabat in sancto georgio.

N. II.

Costituzione di dote di Margarita di Savoia consorte di Bonifacio Marchese di Monferrato.
1228. 18. *gennaio.*

Anno domini millesimo ducentesimo XXVIII. XV. kalendas februarii indictione prima thomas comes maurianne et comes italie dat et concedit nomine gentilis feudi et jure ac nomine dotalicii inuestiuit dominum bonifacium marchionem montisferrati de omni eo quod ipse habet uel habere debet et quod ei pertinet et pertinere potest in valle mathiis in montibus et planiciebus in hominibus et personis terris cultis et incultis pratis gerbis nemoribus villiis pascuis rippis riparicis rubis ruinis et insimul collegium et planeciam quicquid ipse in predictis locis habet uel habere debet cum omni honore jure dominio et districtu et hoc pro feudo gentili et pro dote domine margarite filie amedei filii sui que debet esse uxor ipsius domini bonifacii marchionis. Tali modo ut ipse et sui heredes iam dictum feudum habeat teneat et possideat et faciat ex eo secundum morem et iuxta gentilis ac dotalicii consuetudinem quicquid ei fuerit opportunum et hoc sine contradictione predicti comitis et alicuius alie submisse persone. Qui comes pro se et heredibus iamdictum feudum sicuti est consignatum et determinatum per cartam unam atestatam ab ipso comite et marchioni et heredibus ab omni quoque persona defendere et tueri per stipulationem promisit suis expensis ad rationem et si ipse comes in aliqua parte de iamdicto feudo euinceretur

iuxta de tanto quanto euinceretur ipse comes tantumdem ipsi marchioni reddere dictu et cognicione domini manfredi marchionis de saluciis et domini manfredi caille de gorzano per stipulationem promisit. Addendo insuper quod si aliquis de iamdicto feudo ipsum marchionem impedire uel in eo aliquid iniuste uel contra ius facere uellet quod bona fide dabit opera ei et auxilium ut ab omnibus eum sibi defendat et conseruetur et possessionem de eo feudo ei dedit et eum dominium et possessionem constituit eo adhibito quod si infra annum unum necessarium fuerit domino thome comiti locum collegii recuperare quod posset eum in annum habere et recuperare pro quinquentis marchis argenti fini quas daret et solueret domino bonifacio marchioni montisferrati et ipse marchio pro eis dictis marchis argenti eum locum de collegio reddere et dimittere teneatur et lapso anno ab inde eum recoperare non possit et si accidet quod deus aduertat ex parte domine margarite uxoris future ipsius bonifacii marchionis uel amicorum ipsius quod ipsa se separaret ab ipso viro suo ita quod divortium celebraretur inter eos tunc ipsa uel illi amici posset petere mille marchas argenti que continentur in carta sue dotis sed illos admisisset sed tamen ipsa et amici possent petere et recuperare feudum totum quod comes ipsi marchioni pro feudo et dotalicio dedit. Uidelicet vallem mathiis et collegium et planeciam et si questio separandi a parte domini bonifacii marchionis moueretur et cum ea carnaliter miscuisset rem et ab inde posset in dotem suam et illas mille marchas argenti petere et recuperare facto diuorcio uel celebrato inter eos et si contingeret quod ipse marchio uel ipsa decederet sine herede quod comes uel sui possent in infinitum rem feudum totum datum ipsi marchioni pro dotalicio petere et recuperare eo saluo et adito quod marchio montisferrati se uiuente eum feudum contraheret et . . . . . sed post descessum illius feudum reuertetur ad comitem uel ad suos et eum possent petere et recuperare. Et si domina margarita

haberet heredem ex ipso marchione quod ille heres predictum feudum totum haberet faciendo tamen ipsi comiti uel suis de eo fidelitatem ..... jam dictus dominus thomas comes et dominus bonifacius marchio attendere et obseruare ad sancta dei euangelia iurauerunt et due carte unius tenoris fieri preceperunt. Actum auiliane in sala domini dauid castellani auilliane testes fuerunt rogati dominus manfredus marchio de saluciis dominus gotefredus comes de blandrate dominus ubertus comes de nantelmo dominus rodulfus de glixo dominus willielmus de la fort ubertus de villeta dominus dauid castellanus umbertus de saxel willielmus de ripalta billatony ubertus cara dominus manfredus de caualaria et plures.

Ego iohannes notarius dictus de caluxio interfui et hanc cartam scripsi.

N. III.

Convenzione tra Amedeo IV Conte di Savoia, ed Aimone e Pietro suoi fratelli sulla successione paterna.
1234. 23. *luglio.*

In nomine domini amen. Anno eiusdem M. CC. XXX. quarto decimo kalendas augusti. Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis quod cum inter illustrem virum amedeum comitem sabaudie ex una parte et aymonem et petrum fratres ipsius ex altera super portione hereditatis paterne discordia mota esset tandem per manum venerabilis in Xpo wilielmi valentini electi et thome fratrum ipsius comitis martini de virieu et willelmi gratapallha fuit dicta discordia amicabiliter et de voluntate partium sic sopita. Vallis auguste remanet comiti et comes pacem sicut in presentibus literis continetur semper illibatam seruabit nec per se nec per alium

terram aymonis offendet uel offendi permittet immo ipsum contra omnes bona fide juuabit. Tota terra citra montem jouis usque ad aruam tam in feodis quam in dominicaturis aymoni remanet supradicto. Sed saluis ecclesiarum feodis eam totam a comite in feodum dictus aymo tenebit. Et comes faciet quod omnes fratres sui pro portione hereditatis paterne que contingit eumdem eam liberam et guitiam clament aymoni post aymonem uero tota terra predicta tam in feodum quam alodium communiter tam ad comitem quam ad fratres ipsius redibit. Ut autem hec inuiolabiliter obseruentur ab aymone securitas talis fiat videlicet quod omnes castellani aymonis jurent in manu comitis tam ad fratrum suorum quam ad opus ipsius quod castra restituant cum carnis aymo debitum soluerit universe nec possit aymo mutare aliquem castellanum donec ille quem nouum poneret in manu comitis tam ad fratrum suorum quam ad opus ipsius simile fecerit juramentum. Omnibus etiam coadjutoribus aymonis quicumque fuerint et illis nominatim de valle augusta comes faciat bonam pacem et eos bona fide in sua justitia contra omnes deffendat. Et si ad cognitionem electi valentini et thome uel eorum alterius uel alicujus ipsorum nomine uel unius non defendet eos comes possit eos aymo defendere et juuare et repetere injurias atque dampna irrogata eisdem et comes aymonem et terram suam propter hoc non offendat debet insuper quatuor milia librarum gebennensis monete dare comes aymoni ex quibus in continenti de triginta milibus solidorum liberabit aymonem et in proximis octabis sancti andree soluet ei similiter uigintiquinque milia solidorum de residuis uero uigintiquinque milibus solidorum a suis creditoribus eum quitari faciet usque ad terminum prenotatum ita quod a creditoribus usque ad octabas pasche prorogationem habent subsequentes. Quod si in octabis sancti andree solutionem et quitationem a creditoribus comes non faceret prout superius est expressum extunc comes tenetur cum comite gebennensi berlione de

turre milite et thoma fratre suo in castro de anaisse obstagium obseruare et poterit comes et eius obsides in obstagio per octo septimanas morari. Et si in obstagio defectum facerent uel ultra octo septimanas in obstagio morarentur aymo nec de homagio nec de pactis aliis superius habitis teneretur eidem sed terram suam totam uel partem uni ex fratribus suis uel pluribus uel etiam alii cui uellet sine contradictione comitis uel alicuius fratris sui dare uendere uel obligare ualebit et castellani aymonis erunt similiter a juramento comiti prestito absoluti. Actum est etiam quod omnes illi qui cum aymone in ualle augustensi fuerunt a morte bone memorie thome quondam comitis sabaudie usque ad diem presentem de aliquo dampno dato emenda fortificato uel banno a comite uel alio aliquo de parte comitis conueniri non possint excepta tregua que usque ad hanc diem debet tam ex parte aymonis quam comitis emendari. Item si ante solutionem uel quitationem peccunie supradicte secundum quod est actum superius aymo decederet castellani aymonis comiti et fratribus nisi soli electo castra reddere non tenentur donec de quitatione et solutione peccunie esset plenarie satisfactum. Petro det comes in continenti et guitia tradat ei castra de lunnes et sanctum regnebertum et omnia que percipiunt castellanie nomine castellani eorundem castrorum et in redditibus insuper centum marchas argenti et hoc debet comes tam a se quam ab alio bona fide deffendere et seruare eidem et eum contra omnes juuare. Petrus autem in feodum a comite debet ista tenere verumtamen ista pro parte hereditaria que ipsum contingit non dantur eidem immo debet nichilominus aymone excepto cum comite et aliis fratribus communiter remanere et taliter expectare per annum post annum uero si non laudaret se de comite tenetur comes eidem dare partem suam de hereditate ad arbitrium memorati electi aymonis et thome uel duorum de istis si alius nollet uel interesse non posset ita tamen quod duo castra predicta et centum marche preter

partem que eum continget non remanebunt eidem uerun-tamen sine aymone dum uiuet non poterit dictum negocium terminari. Item si petrus infra annum guerram mouerit comiti et post cognitionem electorum dictorum et thome uel unius eorum si alii nollent uel interesse non possent infra XL. dies nollet dampnum emendare illatum comes ipse de pactis hujusmodi teneatur in nullo et quantum ad factum petri similiter nec aymoni. Si uero comes in predictis uel in aliquo defficeret predictorum et ad requisitionem aymouis et petri infra XL. dies post cognitionem valentini et bellicensis electorum et thome uel unius ex eis uel duorum si alii uel tercius nollent uel interesse non possent idem comes non emendaret deffectum extunc aymo tam a fidelitate prestita comiti quam a pactis aliis de terra uidelicet eidem comiti et eius fratribus remanenda post decessum ipsius esset penitus absolutus. Similiter castellani aymonis a juramento de castris reddendis comiti et fratribus ipsius prestito erunt siquidem absoluti. Et aymo terram suam totam uel partem uni de suis fratribus uel pluribus uel cuicumque voluerit dare vendere obbligare uel alienare valebit contradictione comitis uel alicuius de suis fratribus non obstante. Dari etiam debent a comite fidejussores pro predictis omnibus obseruandis willelmus comes gebennensis aymo comes fuciniaci S. dominus de villariis et martinus de vireu. Qui omnes si comes in supradictis uel in aliquo defficeret predictorum fidelitatem aymoni faciant et ad eum cum suis feodis deuoluantur. Omnia autem ista fratres comitis approbarunt et quod ea teneant et teneri faciant juramento firmarunt. Quod si comes uel aymo et petrus contra predicta uel aliqua predictorum uenirent et requisiti post cognitionem electorum valentini et bellicensis et thome uel unius eorum si alii nollent uel interesse non possent intra XL. dies emendare non vellent alii fratres debent illum uel illos juuare tam in placito quam in guerra contra eum uel eos qui contra omnia supradicta uel aliquo predictorum uenire presumerent

uel uenirent. Insuper super hoc dari debent littere archiepiscoporum et episcoporum quorum super hoc littere requirentur. Quod si in predictis uel in aliquo predictorum defficeret comes uel aymo et petrus et requisitus uel requisiti infra XL. dies emendare nolit uel nollint ipsi archiepiscopi et episcopi eum uel eos qui faceret uel facerent deffectum excommunicarent et terram eius uel eorum supponerent interdicto. Item aymo pacem assecurauit eamdem per fratres suos et per comitem gebennensem. Et sciendum quod aymo terram suam dare vendere obbligare uel alienare non potest si pax predicta et pacta obseruentur eidem. Preterea est sciendum quod si in pace ista ommissa sunt uel obscura aliqua predicti IIII^or valentini electus et thomas martinus de vireu et gratapallha potestatem habent supplendi plus dicendi et interpretandi si in hiis que sunt scripta inueniantur aliqua dubia uel obscura. Item ex parte aymonis jurauerunt henricus de alingio boso et petrus de montiliis guigo de ponte vitreo petrus de sallhon portarius de chillon et aymonetus de villanoua promittentes sub prestito juramento quod ipsi pacem predictam seruabunt et procurabunt fideliter quod comiti et fratribus castra aymonis reddantur post decessum ipsius si pax et pacta sicut superius est expressum aymoni et petro seruent si uero non seruarentur essent absoluti ab hujusmodi juramento. Item actum est inter comitem atque petrum quod si contingeret aymonem decedere infra annum securitas talis fiat quod si in pactis habitis in aliquo uel in omnibus defficeret comes ei et post cognitionem electi valentini et thome infra XL. dies non emendaret deffectum petrus a fidelitate in qua tenetur comiti uel teneri ualeret extunc esset penitus absolutus. Promisit etiam comes dictus prestito ad sancta euangelia juramento quod si ad cognitionem predictorum duorum deffectum non emendaret eumdem infra terminum prenotatum tam ipse quam comes gebennensis et berlio de turre miles post requisitionem petri eiusdem uel nuncii sui certi infra octo

dies uenire apud aneisshe tenebuntur ibidem ostagia seruaturi quousque super predictis fuerit satisfactum p. predicto. Promisit etiam idem comes sub prestito juramento quod infra mensem postquam intrauerit sabaudiam dabit pro obsidibus eo modo quo dati sunt alii supradicti stephanum dominum de villariis radulphum de greise berlionem de camberiaco antelmum de miulens humbertum de vileta aimericum de brianso et w. de beufort uel si omnes istos dare non posset quatuor de istis dabit ad minus et preter istos dabit si potest aymonem dominum fusciniaci post pacem factam adinuicem inter eos. Sciendum est etiam quod licet superius sit expressum quod ab utraque parte treuga debeat emendari non intelligatur quod si in emendatione treuge aliquis inueniatur defectus quod propter hoc pena aliqua in presenti carta posita committatur ut autem super premissis fides plenius habeatur nos willelmus electus valentinus et thomas martinus de vireu et gratapallha nos amedeus comes sabaudie et nos aymo et petrus et nos b. electus bellicensis et philippus fratres eiusdem comitis sigilla nostra presentibus duximus apponenda in testimonium predictorum. Actum chillon anno et die quibus supra.

Sono pendenti tre sigilli del conte Amedeo, e dei principi Tommaso e Pietro: rimane vestigia degli altri sei.

N. IV.

Aumento di dote di Margarita e Beatrice figliuole del Conte Amedeo IV.
1239. 14. *marzo.*

Anno dominice incarnationis M. CC. XXXVIIII. ind. XII. die veneris XIIII. mensis marcii. Cum dominus amedeus comes sabaudie et in italia marchio filiam suam margaritam

nobili viro d. bonifacio marchioni montisferrati dedisset in uxorem dominam beatricem filiam suam in vxorem dedisset nobili viro domino manfredo marchioni saluciarum et considerata eorum nobilitate et potentia et facultatibus eiusdem comitis eisdem dotes non competentes dedisset tempore nuptiarum volens idem comes eisdem augmentum dotis facere et in maiori quantitate dotis prout eorum et ipsius comitis nobilitas exigit et prouiderit dedit ipse comes concessit et tradidit supradictis marchionibus cuilibet pro dimidia pro indiuiso totam terram suam dotis nomine et dotis augmento dictarum filiarum suarum quam habet uel habere visus est in lombardiam a palo boneuzano citra usque ad brugas cum omnibus hominibus et omnibus vassallis et honoribus comitatu poderio et districtu. Et cum omni imperio mero et mixto et jurisdictione sicuti ipse comes habebat uel habere visus erat ita quod ab hodierna die in antea tocius predicte terre hominum et vassallorum et omnium rerum predictarum ipsi marchiones dicti generi sui sicuti legitimi possessores et quasi possessores retinendo ipse comes in se in vita sua omnium predictorum usufructu et sicut superius legitur per omnia ipse comes promixit dictis marchionibus actendere et tueri et firmum habere et omnia predicta ab omni persona predictis marchionibus defendere et disbrigare promixit sub pena dupli et obbligatione bonorum suorum predicta autem dedit ipse comes tali modo predictis marchionibus ut si aliqua ex filiabus suis decederet sine filiis alia ei succedat in predicto augmento uel eius filii. Item promisit dictus comes predictis marchionibus se facturum et curaturum sic quod castellani secuxie auilliane iurent predictis marchionibus reddere seu restituere predictam terram post mortem predicti comitis. Et predicta constituit se possidere dictus comes et quasi possidere nomine ipsorum marchionum. Et sicut superius legitur per omnia dictus comes promisit et corporaliter iurauit dictis marchionibus attendere et obseruare et ratum et fir-

mum habere et tenere et nullo tempore contrauenire per se uel interpositam personam. Actum in auilliana in sala domini petri de coneto. Testes vocati et rogati dominus petrus comes de sancto georgio et eius frater dominus albertus dominus qualia de gorzano dominus jacobus de bagnasco dominus jacobus de geofagno dominus bertoldus de castiglione dominus ubertus de arsta dominus . . . . . de plozolasco dominus wido dominus ubertus et dominus fredericus de plezasco.

Ego manfredus nicia notarius hanc cartam scripsi.

N. V.

Sentenza degli arbitri sulle pretese del principe Pietro intorno all'eredità paterna.
1254. 16. *febbraio.*

Universis presentes litteras inspecturis. I. dei miseratione sancte viennensis ecclesie vocatus archiepiscopus et A. mauriannensis et I. bellicensis ejusdem gratia episcopi rei geste noticiam cum salute. Uniuersitati vestre facimus presentibus manifestum quod cum inclite recordationis dominus amedeus comes sabaudie in sua ultima voluntate ordinasset ut super discordia quam illustris vir dominus petrus de sabaudia frater suus mouebat et mouere intendebat contra eumdem comitem et eo non extante contra eius heredem super bonis rebus et juribus que fuerunt felicis memorie domini th. comitis sabaudie patris comunis eorumdem emenda fieret et satisfactio amicabiliter ad dictum diffinitionem siue arbitrium nostrum tandem supradicto comite amedeo sublato de medio et dicto domino p. de sabaudia contra dominum thomam de sabaudia comitem fratrem suum tutorem testamentarium bonifacii pupilli filii et heredis dicti comitis amedei nomine

tutorio questionem mouentem in hunc modum petit siquidem supradictus petrus quintam partem bonorum que fuerunt felicis recordationis domini thome comitis sabaudie patris communis sibi tradi et assignari a prefato domino thoma tutore et possidente bona supradicta tam nomine tutorio bonifacii quam suo cum quintam partem predictorum bonorum ad se asserat pertinere tam ex successione dicti patris ab intestato defuncti quam ex successione aymonis et willelmi fratrum suorum post mortem patris ab intestato defunctorum more communi et duabus sororibus eorundem porciones ipsas contingentes non petentibus de bonis supradictis. Hoc petit cum fructibus inde perceptis decem milia marcharum argenti estimatis. Item petit dictus dominus petrus ab eodem domino th. tutorio nomine dicti bonifacii sibi reddi et solui nouem milia solidorum viennensium de quibus redemit castrum de lognes et tria milia solidorum de quibus redemit castrum sancti ramberti cum prefatus dominus amedeus comes promisisset eidem p. quod libera sibi redderet dicta castra. Ex aduerso dicto domino tho. se nomine suo et nomine tutorio dicti b. multipliciter deffendente dicit enim quod dominus th. pater suus condidit testamentum in quo dictum amedeum comitem filium suum primogenitum sibi heredem instituit et dimisit ei comitatum sabaudie totum preter illud quod tenet predictus dominus p. et alii fratres sui et extunc tenuit dictum comitatum usque ad eius obitum. Item dicit idem th. quod comitatus non debet diuidi nec ducatus juxta legem frederici quondam imperatoris. Item dicit idem th. quod cum pater eius decesserit relictis nouem liberis superstitibus male petit quintam partem etiamsi comitatus deberet diuidi cum mater et sorores sue hereditatem fratrum et patris non repudiauerint hiis et multis aliis rationibus se deffendendo. Nos supradicti archiepiscopus et episcopi quorum ordinacioni et amicabili arbitratui se supponunt dicte partes precipue cum dictus amedeus comes in sua ultima voluntate ordinauerit

et preceperit quod fratribus suis satisfieret ad dictum deffinicionem et arbitrium nostrum. Visis peticionibus deffensionibus et omnibus aliis que partes proponere uoluerunt super premissis sic dicimus et ordinamus dictam deffinicionem seu nostrum amicabilem arbitratum proferentes quod dictus dominus petrus de sabaudia habeat et teneat pro emenda et satisfactione dictarum omnium querelarum castrum de chillon et castrum de conteis et castrum de saillon cum suis pertinenciis uniuersis et uniuersa que aput chablais aput valais ab hospitali montis jouis usque ad vineys ad comitatum uel comitem sabaudie modo aliquo pertinebant cum mandamentis suis accessoriis et appendiciis uniuersis excepto tantum feodo quod episcopus sedunensis tenet a comite sabaudie et homagio quod inde debet dictus episcopus quum penes comitem sabaudie remanet cum dicto homagio feodum supradictum. Item ordinamus et proferimus quod predictus dominus p. habeat et teneat feodum de dorchia et de charrossa et mandamentum eorundem. Ordinamus etenim quod comes sabaudie possit recipere et facere recipi in terra quam assignamus predicto domino p. propria pedagia que consueta sunt alibi leuari et que sunt antiquitus approbata. Et similiter dominus petrus propria pedagia consueta et antiquitus approbata possit leuare uel facere leuari in terra comitis sabaudie que alibi in terra domini p. consueuerunt percipi uel leuari uel ubicumque suum leuaret pedagium dictus comes pro hiis autem et aliis que de bonis comitatus sabaudie tenet et possidet uel quasi dictus dominus p. ipse et successores eius in predictis comiti sabaudie qui pro tempore fuerit homagium et fidelitatem faciant et facere teneantur. Et inde debent valere comiti et prestare tamquam boni vassalli domino consilium et juramentum. Et comes similiter eisdem ut dominus vassallo consilium et auxilium impendere teneatur. Dicimus etenim ut cum dictus bonifacius ad annos peruenerit pubertatis si hujusmodi dicto ordinationi deffinicioni seu arbitratui nostro consentire nolucrit si reclamans

contra ueneret liceat sibi et dicto domino petro similiter reclamare. Et tunc utrique in omnibus et per omnia salua sint pristina jura presenti ordinatione in aliquo non obstante. Ita quod neutra partium de aliquibus ordinatis seu contentis in presenti ordinatione seu deffinicione possit aliquatenus se juuare. Dictum autem siue deffinicionem siue arbitratum huiusmodi dictis partibus recitatum ipse partes scienter approbant et acceptant. In cujus rei testimonium tam nos quam partes predicte sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum XIIII°. kal. marcii anno domini M. CC. quinquagesimo quarto.

Pendono tre sigilli, rimane vestigia di tre altri.

N. VI.

Eleonora di Savoia cede ad Amedeo ogni diritto nel contado di Savoia.
1273. *il giovedì avanti Pentecoste.*

Nos b. dei gratia bellicensis electus notum facimus universis quod in nostra presencia constitutis illustri viro amedeo de sabaudia ac helienora sorore ejusdem liberis inclite recordationis domini thome quondam de sabaudia comitis ipsa helienora certificata de jure suo nec dolo nec metu aliquatinus circumventa sed mera pura et spontanea voluntate confitetur et recognoscit in jure coram nobis ad instanciam predicti amedei se legitime congrue et condecenter dotatam esse expensis et proprio capitali illustrium virorum thome et amedei fratrum suorum qua dote sibi per predictos fratres suos assignata et integraliter de eodem sibi satisfacto vult eadem helienora esse contenta legitima parte sibi contingente in bonis et hereditate predicti domini thome

quondam comitis qualitercumque sibi contingeret ex testamento vel ab intestato et eciam expresso pacto ipsi amedeo nomine suo et predicti thome fratris sui recipientis concedit et vult esse contenta de tota parte vel portione que in predictam quoquo casu contingeret vel ad eam spectaret vel contingere vel ad eam spectare posset in toto comitatu sabaudie vel pertinenciis sive appendiciis ejusdem in presenti vel in futurum occasione alicujus successionis institutionis vel substitucionis vel quolibet alio modo facit eciam pactum expressum predicta helienora consenciente predicto amedeo nomine suo et predicti thome fratris sui de non petenda porcione aliqua sive parte in hereditate et bonis predictorum fratrum si forte quod absit alterum ipsorum fratrum decedere contingeret sine liberis intestatum sed vult et concedit quod fratres superstites ad plenum succedant fratri alteri decedenti nullo jure super bonis defuncti sibi retento vel super bonis decedentis nullum jus pettitura. Donans dicta helyenora pura mera liberalitate donacione simplici inter vivos et irrevocabili quittans eciam et remittens predictis fratribus suis quicquid in eis actionis requisitionis habet vel habere potest sive debet in predictis bonis et hereditate ac eciam in toto comitatu predicto et acrescenciis appendiciis sive adjacenciis comitatus predicti ubicumque consistant et quibuscumque rebus in castris dominiis villis feodis regaliis allodiis jurisdicionibus homagiis usagiis fidelitatibus et omnibus aliis quoquo nomine censeantur expresso eciam pacto et stipulatione sollempni interposita inter ipsam et predictum amedeum nomine suo et predicti thome fratris sui recipientem per juramentum eciam factum in presencia nostra promittit eadem helienora quod nullo unquam tempore predictos fratres suos vel successores eorum super omnibus premissis inquietabit in . . . . . vel eciam molestabit ratione partis vel portionis sue virilis hereditarie vel testamentarie vel cujuslibet alie ultime voluntatis nec contra ipsos vel eorum

heredes in judicio vel extra per se vel per alium questionem querelam vel controversiam movebit vel moveri faciet sive permittet pro posse suo super predictis vel aliquo predictorum immo omnia predicta promissa rata et firma habebit et inviolabiliter observabit et si quis forte contraire vellet nullo modo sibi consentiet immo quantum poterit obviabit. Renunciando expresse coram nobis per pactum expressum et per juramentum suum exceptioni doli metus et in factum actioni minoris etatis beneficio confitendo se esse majorem quatuordecim annis et omni restitucioni in integrum lesioni sive deceptioni et beneficio juris dicentis donationem immensam sine insinuatione vel minus legitime factam non valere et etiam juri dicenti pactum de futura successione non valere et quod juri sibi nundum competenti renunciare non possit et omni alii beneficio vel juri canonico et civili per quod posset venire aliquatinus contra predicta vel aliquid de predictis et specialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere et rogat predicta helyenora consensu consilio et assensu illustris domine b. . . . . comitisse matris sue nos predictum b. electum bellicensem tanquam ordinarium suum et venerabilem patrem dominum aymonem dei gratia episcopum gebennensem quod huic sue donationi in signum insinuationis legitime facte auctoritatem et assensum prestare debeamus et velimus et sigilla nostra huic littere apponere in testimonium veritatis et rogat venerabiles viros et religiosos dominum b. abbatem secusie et dominum amedeum electum savigniacensem et dominum guillelmum abbatem sancti regneberti ut huic littere sigilla sua apponant in testimonium veritatis unde nos predicti electus bellicensis tanquam ordinarius auctoritatem nostram premissis impertimus et nos frater aymo dei gratia episcopus gebennensis predictus et nos abbas secusie et nos electus savigniacensis et nos abbas sancti regneberti predicti videntes super premissis consilium et assensum illustris domine b. matris ipsius

helyenor ad preces et instanciam predictarum helyenor et domine b. matris sue huic littere sigilla nostra apponimus in testimonium premissorum. Datum et actum bellicii die jovis ante penthecosten anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo tertio quo anno et die nos b. relicta inclite recordationis domini thome quondam de sabaudia comitis ad preces et instanciam dicte helyenore dilectissime filie nostre et nos helyenora predicta sigilla nostra presentibus duximus apponenda in testimonium veritatis.

N. VII.

Il conte Filippo restituisce il castello di Moncalieri ai nipoti.
1283. 27. *maggio.*

Anno domini millesimo. CC. LXXXIII. ind. XI. In castro montiscalerii die XXVII. mensis madii confessus fuit et manifestus huricus dominus de ripalta et petrus de saro procurator domini yblonis vicecomitis vallis auguste ad reddendum et expediendum castrum et villam montiscalerii sicut patet per cartam factam manu mei notarii infrascripti die mercurii proxime preteriti reddidit ei et expediuit cum clavibus dicti castri castrum superius nominatum cum villa et jurisdictione nomine et apparte illustrorum virorum domini amedei et domini ludovici eius fratris et liberorum condam inclite recordationis domini thome de sabaudia fratris eorum justa ordinacionis illustris viri domini philippi comitis sabaudie traditam inde firmam. Testes ibi fuerunt rogati willelmus gastadus notarius willelmus de alice johannes engana jacobus barberius et jacobus de bruino et plures alii.

Ego mattheus piperarius notarius hiis interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

N. VIII.

Atti pubblicati nei comizii tenuti a Giaveno.
1286. 24. *maggio.*

Anno domini millesimo CC. LXXXVI. ind. XIIII. die veneris XXIIII. mensis madii coram testibus infrascriptis cum ad instantiam et requisitionem nobilis viri domini aimonis de bozosello vicarii generalis terre pedemontis pro illustri viro domino amedeo comite sabaudie et marchione in italia infrascripti castellani et nobiles et ambaxiatores totius terre pedemontis et vallis secuxie taurini et montiscalerii essent congregati in pratis de subter villam javennii iusta sangonum in fine javenni causa audiendi et intelligendi tenorem infrascriptarum litterarum eisdem castellanis et nobilibus et comunibus terre pedemontis et vallis secuxie et locorum predictorum missarum per illustrem virum dominum lodouicum de sabaudia et per dominam guiam relictam inclite recordationis domini thome de sabaudia lectarum et declaratarum eisdem castellanis nobilibus et ambaxatoribus infrascriptis per me brocum notarium infrascriptum uiua uoce. Tenor quarum literarum talis est. Ludouicus de sabaudia universis nobilibus ciuibus burgiensibus et aliis quibuscumque in terra pedemontis a montecenisii versus lombardiam superius ad quos presentes litere peruenerint salutem et noticiam rei geste. Cum ex causa compositionis facte inter nos et illustrem virum dominum amedeum fratrem nostrum comitem sabaudie eidem fratri nostro eiusque heredibus et successoribus dederimus concesserimus et quitauerimus quicquid iuris et actionis habebamus et nobis competebat et competere poterat usque ad diem presentem quacumque occasione et quacumque ratione et causa tam ex testamento quam ab intestato in bonis paternis et maternis mobilibus et immobilibus quocumque sint vobis uniuersis et singulis et cuilibet per se precipimus

et mandamus quatenus dicto fratri nostro et eius heredibus et successoribus et eorum nunciis de homagiis et fidelitatibus et de omnibus aliis in quibus pro parte nostra nobis tenebamini et quacumque causa et occasione respondeatis et eisdem fidelitates et homagia faciatis et nos in quantum tenebamini ex ipsis vos absoluimus et quitamus in cujus rei testimonia sigillum nostrum ducimus presentibus apponendum. Datum et actum apud lugdunum die martis post festum beati ylarii anno M.° CC.° octuagesimo quinto sumpto millesimo in paschate. Que quidem littera munita erat sigillo pendenti eiusdem domini ludouici in quo quidem sigillo erat sculta figura cuiusdam aquile et circumscripto de foris S. ludouici de sabaudia comitis et ex alia parte dicti sigilli est siue impressum scucellum cum alia aquila circumscriptum secretum domini ludouici de sabaudia.

Tenor alterius litere talis est guia de burgundia relicta inclite recordationis viri domini thome de sabaudia dilectis suis vicario generali pedemontis vicario taurini et comuni ejusdem loci et montiscalerii carignani vigoni villefranche caburri miradoli peruse pinayrolis combauianne caburreti ferizaschi et colegii castellanis et comunitatibus et probis hominibus dictorum locorum et uniuersis nobilibus castellanis et banasoribus tocius terre pedemontis qui nunc sunt et pro tempore fuerunt salutem et sincere dilectionis affectum. Cum nos considerata affectione quam ad nos et filios nostros habet illustris vir dominus amedeus comes sabaudie karissimus frater noster et patruus dictorum liberorum nostrorum partem terre pedemontis ad dictos nostros filios pertinentem nomine nostro et dictorum filiorum nostrorum scilicet philippi petri thome amedei et guillielmi predicto domino comiti gubernandam et regendam comitimus ipsique plenariam potestatem damus vicarios et castellanos ponendi mutandi et amouendi pro parte dictorum filiorum nostrorum et ibidem statuendi et ordinandi fructus et obuentiones colligendi pro suo libito voluntatis quousque nos nomine

nostro et liberorum nostrorum uel aliquis de filiis nostris duxerimus reuocandum quare uobis universis et singulis precipiendo mandamus quod eidem domino amedeo comiti obbediatis et respondeatis non obstante mandato aliquo per nos uel nomine nostro et filiorum nostrorum in contrarium vobis facto. Datum apud burgetum cum appositione sigilli nostri die veneris ante vetus carnis privium anno domini M.° CC.° octuagesimo quinto que litera munita erat sigillo dicte domine guie in cuius sigillo erat sculta seu impressa figura cujusdam mulieris cum tribus scutellis ab utraque parte sculptis. Et de predictis omnibus dictus dominus aymo de bozosello vicarius pedemontis precipit mihi brocho notario velut persone publice facere publicum instrumentum de tenore predictarum litterarum ad eternam rei memoriam et ut vim et efficaciam obtineat pubblici instrumenti. Nomina vero castellanorum et nobilium et ambaxatorum qui ibidem fuerunt et qui predictas litteras legere audiuerunt et obseruare promiserunt sunt hec primo dominus bertholinus de plozascho vietus frater eius odinus ricardus et obertinus condomini de plozascho perceuallus de fulgero dominus franciscus de brioneio miles dominus albertus de caselis jacobus raua de bagnolo henricus de ripalta dominus hugo de valle sancti martini miles albertus filius quondam guillelmi maynfredi de lucerna. Item dominus rodulfus sarioldi vicarius taurini et dominus rofinus borgelius et petrus baracus de taurino. Item de montecalerio dominus petrus de episcopo. Item de carignano dominus guillelmus prouana et jacobus caualerius. Item de villafrancha dominus johannes do et jacobus petit. Item de vigono dominus johannes de oppezio et jacobus machagnani. Item de caburro folquetus de bersatoribus et brosanus et ericholetus de brecio. Item de castro veteri lionardi. Item de pinayrolio dominus rofinus aracho et thomas de bersatoribus. Item hugonetus bertrandi. Item ubertus bertrandi castellanus combauiane. Item johannes de brujno nicholaus cornui de conbauiana. Item jacobus nerueti

castellanus collegii et nicholetus bozol. Item paponus alpinus et barbarinus de alpignano. Item de ripolis guillielmus cercor et pidonus costa. Item de auilliana ego brocus notarius et guillielmus loyderius. Item de secuxia bertholinus de duria et johannes de cesto. Item dominus jacobus justi castellanus miradolii johannes de sancto andrea castellanus cabureti dominus hugo godi. Actum est hoc in pratis jauennii ut supra. Testes fuerunt vocati et rogati dominus burno abbas secuxie et roldetus de podio gobleo et raymondus de loxana de secuxia.

Et ego brochus notarius palatinus interfui rogatus et hanc cartam tradidi et scripsi.

N. IX.

Filippo promette di osservare l'accordo avuto col conte Amedeo V.
1294. 1. *febbr.*

Nos philippus de sabaudia filius inclite recordationis domini thome de sabaudia. Notum facimus uniuersis presentes litteras inspecturis quod cum nos cum illustri viro domino amedeo comite sabaudie karissimo domino nostro et patruo bonam et firmam concordiam compositionem et transactionem fecerimus nos et petrus et amedeus fratres nostri nomine nostro et aliorum fratrum nostrorum de omni jure pactione et actione quod et quas habebamus vel habere poteramus quomodo in comitatu sabaudie et in tota terra quam idem dominus comes tenet et que tenetur ab eo et de omni eo quod a dicto domino comite ex quacumque causa petere poteramus nos dictus philippus promittimus bona fide pro nobis et nostris heredibus ac successoribus vobis dicto domino comiti stipulanti pro vobis vestrisque heredibus ac

successoribus quod nos predictam concordiam et compositionem et omnia et singula in litteris inde confectis contenta seruabimus custodiemus perpetuo et non contrafaciemus uel ueniemus de jure uel de facto et quod faciemus et curabimus posse nostro et bona fide nulla fraude simulatione machinatione adhibitis quod illustres viri karissimi auunculi nostri dominus otho comes palatinus burgondie dominus renaudus de burgondia comes montis beliardi dominus hugo de burgondia et johannes de burgondia et alii fratres sui. Et dominus ludouicus dominus bellyoci et guicardus eius filius predictam concordiam et omnia et singula per nos et dictos fratres nostros facta concordata promissa et conuenta predicto domino comiti approbabunt ratificabunt et se eidem domino comiti per sollempnes stipulationes et obligationes obligabunt et de hiis suas patentes litteras tradent sigillis eorum pendentibus sigillatas. Et si contingeret quod absit nos aliquo tempore venire vel venire velle uel facere contra predictam concordiam uel aliqua in litteris inde confectis contenta nullum consensum nullum auxilium vel favorem nobis nec etiam nostris heredibus dabunt facto verbo vel opere sed nos efficacius inducent ad omnia predicta obseruanda promittentes bona fide et per juramentum a nobis corporaliter prestitum et sub obligacione omnium bonorum nostrorum predicta omnia et singula facere et curare infra mensem postquam a dicto domino comite fuerimus super hiis requisiti. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum apud camberiacum die lune ante purificationem beate marie anno domini M. CC. nonagesimo quarto.

Pende il sigillo.

N. X.

Lettera del conte Amedeo V al comune di Carignano.
1295. in gennaio.

Amedeus comes sabaudie et in ytalia marchio dilectis fidelibus suis nobilibus burgensibus consilio et comuni carignani salutem et dilectionem sinceram. Cum nos concordauerimus cum philippo de sabaudia nepote nostro karissimo nomine suo et fratrum suorum in modo quod nos dicto philippo tradamus et deliberemus totam terram pedemontis et excepta terra nostra vallis secuxie quam nobis et nostris heredibus retinemus et pro dicta terra pedemontis idem philippus fidelitatem et homagium ligium nobis fecerit et de eo omni eo quod a nobis predicti philippus et fratres sui petere possent ratione comitatus sabaudie et ex alia quacumque ratione seu causa dictus philippus nomine suo et dictorum fratrum suorum pro se suisque heredibus nos et heredes nostros quitauerit uobis universis et singulis precipimus et mandamus quatenus ad requisitionem dilecti et fidelis nostri domini hugonis de ruppecula militis predicto philippo de fidelitate et homagio ac aliis usagiis in quibus nobis tenebamini respondeatis et eidem de cetero tamquam domino vestro obediatis. Datum chamberiaci die jouis post festum conuersionis sancti pauli anno domini M.° CC.° nonagesimo quarto.

Pende il sigillo.

N. XI.

Lettera di Filippo ai nobili della Savoia.
1295. 1. *febbr.*

Philippus de sabaudia filius inclite recordationis thome de sabaudia quondam dilectis suis et fidelibus nobilibus viris domino montagniaci guichardo domino de anthone domino contardo dicto la guespe domino guillelmo de rubeomonte domino jocerando de sancto mauritio heredibus domini guillelmi bouchardi domino jacobo de bocozello jacomino de poypia heredibus domini guichardi cerlo heredibus domini guidonis de grolles domino enrico richelieur petro de marnal domino jacobo de bellomonte richardo domino de corberiis heredibus domini jacobi de grancon domino contei de poypia et omnibus aliis castellanis vassallis nec non aliis universis nobilibus et ignobilibus citra montes cinisii constitutis qui dicto patri nostro in homagiis aliquibus ligiis vel non ligiis aut fidelitatibus aliquibus seu etiam nobis tenebantur salutem et dilectionem sinceram. Cum nos cum illustri viro domino amedeo comite sabaudie domino et avunculo nostro karissimo concordauerimus et eidem domino comiti presenti et recipienti pro se suisque heredibus soluerimus et quictauerimus nos et petrus et amedeus fratres pro nobis et aliis fratribus nostris totum comitatum sabaudie et quidquid juris rationis et actionis et requisitionis habere poteramus in dicto comitatu reseruato nobis et retenta terra pedemontis quam nobis dedit idem comes pro predictis et pro qua nos habemus pro nobis et nostris fratribus de dicto domino comite pro contentis et homagia fidelitates et usagia alia in quibus dicto patri nostro et nobis tenebamini ad dictum comitem debeant deuenire. Vobis uniuersis et singulis precipimus et vos rogamus et requirimus quatenus dicta homagia fidelitates et alia usagia que-

cumque sint in quibus dicto patri nostro aut nobis tenebamini faciatis et eidem obediatis prout nobis debeatis obedire. Et factis eidem domino comiti dictis homagiis fidelitatibus vos soluimus et quitamus de eisdem et de omnibus sacramentis in quibus nobis tenebamini rationibus memoratis. Et pactum expressum vobis facimus de non petendo in perpetuum a vobis vel a vestris heredibus aliquid de predictis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum apud camberiacum die lune ante purificationem beate marie anno domini M.° CC.° nonagesimo quarto.

Pende il sigillo.

N. XII.

Filippo prende possesso dei dominii del Piemonte.
1295. 24. *febbr.*

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto indictione octava die jovis vicesimo quarto exeuntis febroarii coram me andrea notario et testibus infrascriptis confitetur et solempniter recognoscit vir illustris philippus de sabaudia ad requisitionem dominorum benedicti aillaudi et jacobi justi de secusia juris peritorum se habuisse et recepisse nomine suo et fratrum suorum ac sibi tradita fuisse ab illustri viro domino amedeo comite sabaudie per manum domini hugonis de rupecula militis nuncii solempnis dicti domini comitis ad hoc specialiter deputati pro pactis et conventionibus habitis inter ipsum dominum comitem et ipsum philippum nomine supradicto. Primo palatium ciuitatis taurini et dictam ciuitatem et portam secusianam cum turribus dicte porte et pontem et bastitam taurini. Item castrum et villam montiscalerii et pontem et turres. Et castrum caburreti.

Item castrum et villam carniani. Item castrum et villam vigoni. Item castrum et villam pinarolii. Item castrum et villam perusie. Item castrum et villam miradolii. Item castrum et villam caburri. Item castrum et villam ville franche. Item villam ferruzaschi. Item castrum et villam combevienne. Item castrum et villam collegii. Item castrum et villam planigiarum et duriventi. Item fidelitates et homagia debita a nobilibus et burgensibus dictarum villarum et locorum ipsorum. Item fidelitates a domino hugone de valle sancti martini et a nobilibus dicti loci. Item fidelitates debitas a dominis de lucerna et a nobilibus dicti loci. Item fidelitates debitas a dominis et a nobilibus montis brouii. Item fidelitates debitas a dominis et nobilibus bricayrasci. Item fidelitates et homagia debita a dominis et nobilibus bagnolii. Item fidelitates et homagia debita a filiis quondam domini ruffini de bargis. Item fidelitates et homagia debita a dominis et nobilibus de casali et de virles et de viconouo et de escalengiis et de plozasco et de trana et de bruino. Que predicta omnia et singula et cetera omnia que dictus philippus suo et nomine fratrum suorum habere debebat a karissimo auunculo suo domino amedeo comite sabaudie supradicto secundum formam arbitramenti et pronunciationis facti et facte per dominum ludovicum de sabaudia dominum vaudi et dominum humbertum de luriaco et dominum petrum symondi et secundum formam compositionum et conuentionum factarum inter dictum dominum comitem et dictum philippum suo et dicto nomine. Dictus philippus suo et dicto nomine confitetur sollempniter et pubblice recognoscit se integraliter habuisse et recepisse a dicto domino comite seu a dicto domino hugone de rupecula nomine domini comitis supradicti et de predictis et ceteris omnibus sibi debitis ex forma compositionis predicte et dicti compromissi et arbitramenti sibi fuisse integraliter satisfactum prout de predictis omnibus in instrumento facto per petrum francisci notarium pubblicum plenius continetur. Dictus in-

super philippus sciens prudens et spontaneus et de jure et de facto suo plenius instructus et de omnibus et singulis contentis in forma dicti instrumenti rattificat et approbat omnia et singula contenta in dicto instrumento universaliter et particulariter prout in ipso de verbo ad verbum continentur. Et promittit per solempnem stipulationem et per juramentum suum super sancta dei evangelia corporaliter prestitum dicto domino hugoni et mihi andree notario infrascripto ut persone publice nomine dicti domini comitis stipulantibus et recipientibus simul et divisim ut melius valere potest vel poterit et sub vinculis et obbligationibus in dicto instrumento contentis ratificationem predictam et cetera alia omnia et singula in dicto instrumento contenta rata et firma habere et tenere et nullo tempore facto vel verbo per se vel per alium in judicio vel extra contrafacere vel venire nec venire volenti consentire. Et si quod absit contravenire vellet quod eidem suo et dicto nomine in quacumque curia et coram quibuscumque personis audientia denegetur. Renuncians in predictis per pactum expressum exceptioni predictorum omnium prout in instrumento dicte compositionis continentur non receptorum non habitorum et inlegitime factorum et omni juri scripto et non scripto et cuicumque juri canonico et civili et cujusque alii quod dicto philippo suo et dicto nomine ad veniendum contra predicta posset competere et prodesse. Et fuit actum quod presens carta quociens necesse fuerit dictari et emendari possit consilio sapientum et jurisperitorum. Actum apud ripolas in domo jacobi drodonis presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis domino guillelmo de rupecula milite amedeo de confleto vicario pedemontis johanne de camilla rosseto de sancto remberto clerico dicti domini comitis et berteto de marma de villa franca notario et me andrea jordani de secusia imperialis aule et curie dicti domini comitis in secuxia notario qui hanc cartam scripsi.

N. XIII.

Il consiglio del principe d'Acaia delega certa causa al giudice di Moncalieri.
1301. 10. *dicembre.*

Die X. mensis decembris M. CCC. primo apud ospitale scalengarum dominus guillelmus prouana judex pinarolii et facius lardonus de vigono berrinus de plozascho cabertus de lucerna et jacobus de scalengis vicarii generales et gerentes illustris viri domini philippi de sabaudia principis achaie in partibus peddemontis discreto viro domino m. roberrato judice montiscalerii salutem et sincere dilectionis affectum. Causam appellationis ad nos emissam a vieto ganay de vigono a quadam condempnatione seu sententia librarum XXV. facta seu lata contra ipsum per castellanum vigoni vobis comittimus audiendam et cognoscendam siue debito terminandam mandantes vobis quod partibus ad vestri presentiam conuocatis causam audiatis supradictam in predictis omnibus vices nostras vobis totaliter conmittendo. Cognoscentes insuper quod eidem vieto terminum prefiximus ut infra XV. dies ad vestram presentiam se debeat presentare et predicta causa appellationis prosequenda. Datum ut supra.

N. XIV.

Assegno di 300. *imperiali annui sul principato d'Acaia con omaggio a favore di Giacomino di Scalenge.*
1303. *ai* 3. *giugno.*

Nous phelippes de sauoye princes dachaye et yssabiaus princesse de celuy meisme princei sa loyaulz espousse feissons

assauoir a tous ceaux qui verront et ourront ces pressans lettres que nous pour le boen seruisse et loyauz que jaquemin de scalenges nous ha fayt et pour celuy qu'il nous pourra faire de ci enauant donons et outroions a ly et as hoirs de son cors troiscent imperials de rante par ans les quiels nous li prometons an bone foy assentier en leu suffixant a sa requeste en noustre princei dachaie. Et tandis que nous li aurons asseties les dits trois cent imperiauls nous volons et li otroyons quil hait et preigne les dits trois cent imperiaulx chascun ans seour nostre comercle de clarence. Preignant premierement les dicts trois cent imperiaulx en la feste de paques proicheinement vignant et puys chascun ans en la dite feste de paques iusques a tant que nous li aurons assetez en autre leu suffixant et pour ce mandons et comandons a noustre comerclier deu comercle de clarence qui est ou qui sera pour le tans qui est auenir comerclier quil responde au dict jaquemin et face peyemant a lu ou a son comandemant des dicts trois cent imperiaulx chascun ans outerme desus nome. Et les chousses que nous li asseteirons pour les dicts trois cent imperiaulx il et ses hoirs de son cors les doyent tenir de nous et de nous hoirs en gentils fieus secont les us et les costumes dou pays fere nous le seruisse de sa perssone trois mois delant a noustre requeste et de nous hoirs pour luy et pour ses hoirs et se anssi fust quil ne nous peust seruir ou ne nayssit de sa perssone il nous promet de seruir et doyt dun escuyers a cheual armez les dit trois mois chascun ans et pour ce il nous ha premis et jure fieutes et homages et seruir ensi com est desus dit et diuisses et pour ce que cette chousse soit ferme et estable nous li auons dones ces pressans lettres ouertes saillees de noustres grant saiels pendant. Escrites a clarence lan del incarnacion noustre seignour jessu crist mil et trois cent et trois de la prime indicion a X jours deu moys de jugnet.

Pendono i due sigilli.

N. XV.

Trattato tra Carlo re di Sicilia ed il principe Filippo.
1305. 17. *novembre.*

Anno domini nostri jhu xpi millesimo CCC. quinto indicione tercia die XVII. mensis novembris in presencia testium infrascriptorum. Nobiles viri domini conradus de brayda et cambertus de lucerna arbitri et arbitratores electi a domino raynaldo de lecto milite regio magistro hostiario et pedemontis senescalco procuratione serenissimi domini karoli secundi regis jerusalem et sicilie ut constat de procura per literam regiam ejusdem domini regis magno pendente sigillo sigillatam et henricus giraudo de vigone procurator illustris viri domini philippi de sabaudia principis achaie ut de procura constat per pubblicum instrumentum factum manu sysmondi de canalibus notarii pubblici et ut de conpromisso constat per pubblica instrumenta facta manu dicti symondi notarii et johannis marchissani notarii pubblici se dixerunt et pronunciaverunt dei nomine inuocato interdictas partes fieri et obseruari ut infra. Primo quod bona fraternitas et societas vera sit inter dictum dominum regem et filios ipsius domini regis ex una parte et ipsum dominum principem ex alia perpetuo durature. Item quod dominium ciuitatis astensis et districtus castrorum villarum et vassallorum dicte ciuitatis sit comune inter ipsos dominos regem et principem pro indiuiso ita quod medietas sit domini regis et alia medietas domini principis. Que terra diuidatur per medium arbitrio duorum proborum virorum eligendorum unius per dominum regem aut gentes suas alterius per ipsum dominum principem aut gentes suas. Quod si dicte partes non se possent concordare de dictis duobus viris elligendis quod dicti arbitri seu arbitratores ipsos duos viros elligant. Qui duo viri diuisionem facere debeant de dicta

terra secundum quod eis melius videbitur expedire adiudicando ipsi domino regi de terra seu terris que melius et conuenientius stabunt ipsi domino regi. Et similiter adiudicando dicto domino principi de terra seu terris que melius et conuenientius stabunt eidem domino principi. Et si dicti duo viri non se possent concordare de dictis diuixionibus per tempora faciendis quod dicti arbitri elligant unum alium tercium probum virum comunem arbitrio ipsorum arbitratorum que diuisio fieri debeat ut supra infra quatuor menses postquam idem dominus princeps requisitus fuerit per dominum regem uel gentes suas uel idem dominus rex aut gentes sue requisiti fuerint per ipsum dominum principem uel gentes suas item eodem modo dixerunt et pronunciarunt esse comune et diuidi ut supra de burgo carii et posse castrorum villarum et vassallorum pertinencium dicto comuni carii cum jurisdictione et omnibus pertinentibus ad ipsum locum carii. Hoc addito quod ante partem idem dominus princeps habeat castra et villas cum jurisdictione mero et mixto imperio infrascriptas videlicet podiuayrinum sumamripam de bosco montoxolum castrum nouum montemmagnum cerexolias fidelitates porciliarum trufarelli riuigliaschi cum jurisdictione ipsorum locorum. Item quod dictus dominus princeps capitaniam ciuitatis astensis et districtus secundum formam pactorum factorum inter ipsum dominum principem et comune astense habeat et quod idem dominus princeps percipiat et exigere possit sallaria et pecuniam que sibi et vassallis et hominibus suis et solderiis et eciam domino guillelmo de montebello eius militi dictum comune dare tenetur et emendas equorum et alia que sibi et dictis hominibus dare debet dictum comune secundum formam pactorum predictorum et ubique locorum tam in here quam in pratis predictorum de ast et cuiuslibet ipsorum ad voluntatem. Item quod jura et liga et confederatio firma sit et valita sit perpetuo inter dictum dominum regem et filios eius et dictum dominum principem et heredes eorum. Ita

quod unus teneatur iuvare alium et facere exercitum et caualcatam ad inuicem contra quamlibet personam ciuitatem castrum et loca de dictis ciuitate astensi et loco carii et aliis locis aquirendis et eciam de tota terra ipsorum dominorum regis et principis. Ita tamen quod idem dominus princeps non teneatur ire per se nec cum gentibus suis contra aliquem de hospicio illorum de sabaudia et dictus dominus rex nec gentes sue teneantur ire contra aliquem suum vassallum nec e conuerso idem dominus princeps contra aliquem suum vassallum ire non teneatur. Ita eciam quod tot diebus idem dominus rex aut gentes sue stare debeant in exercitibus uel caualcatis quot stabunt dominus princeps aut gentes sue teneantur stare eodem modo in exercitibus et caualcatis tot diebus quot stabunt dominus rex aut gentes sue ita quod comuniter et equaliter hoc fiat et quod dominus princeps non teneatur cum gentibus suis iuvare nec ire si non vult contra marchionem saluciarum nec eciam comune pinaroli tenere in exercitu uel ducere homines nixi per XL. dies et per viginti milliaria ultra terram dicti domini principis. Et quod idem dominus princeps non teneatur ducere nec ipse ire nixi faceret de sua voluntate nixi in quantum extenditur terra et districtus et jurisdictio de ast et de cario et in quantum durat terra domini regis in istis partibus pedemontis. Item quod dictus dominus rex seu eius heredes aut gentes eiusdem nullum impedimentum prestent seu prestare aut facere possint dicto domino principi aut eius successoribus si idem dominus princeps aut eius successores uellent recuperare feuda seu terras que tenentur seu tenere consueuerant ab illis de hospicio sabaudie uel aliquo ipsorum. Que feuda et loca sunt hec primo barge scarnafigium caramagna saluo de caramania quod andreas de brayda qui eam tenet et possidet et a marchione saluciarum sicut debet et tenet videlicet tempore vite sue quo mortuo dominus rex aut qui pro eo fuerit senescalcus procurabit suo posse quod dictus marchio ha-

bito scambio competenti a dicto domino principe uel heredibus suis quitabit ipsum locum ipsi domino principi indictu duorum amicorum elligendorum. Et si hoc idem marchio facere nollet idem dominus rex uel gentes sue non se intromittent nec defendent in aliquo dictum locum caramagnie ipsi domino principi uel suis heredibus. Item quod cariensibus nulla fiat violencia in dominio terre ipsorum nixi esset de voluntate ipsorum uel si non obseruarent pacta et iura que est inter ipsum dominum principem et carienses uel qui se vellent dare sponte domino regi uel domino principi quibus casibus sit terra ipsorum comunis ut predictum est inter ipsum dominum regem et dictum principem. Item quod si contingeret quod deus advertat quod aliqua obscuritas horietur inter dictum dominum regem uel gentes suas et ipsum dominum principem et gentes suas quod de terra que comunis inter ipsos tempore obscuritatis quod dictus dominus rex aut gentes sue non possint de dicta terra comuni se iuvare in aliquo contra dictum dominum principem uel gentes suas nec e conuerso iam dictus dominus princeps uel gentes sue contra dictum dominum regem uel gentes suas nec in ipsa terra aliquid possit uel debeat innouare una pars contra aliam pendente obscuritate quod sit in preiudicio aliquarum ipsarum parcium. Item quod castra omnia et loca tam illorum de gorzano et cozano quam aliorum locorum et vassallorum supra non nominatorum que apparebunt esse uel fuisse primitus domini regis seu comunis albe quam comunis de ast remaneant et sint pleno iure ad ipsum dominum regem de comuni albe. Ea uero que apparebunt uel ostendentur fuisse primitus uel esse comunis de ast quam domini regis uel albe sint comunia et diuidantur inter dictos dominos regem et principem ita tamen quod si aliquid inde peruenerit domino principi de predictis locis in hoc capitulo contentis quod illud idem dictus dominus princeps dimitat dicto domino regi habito prius ab ipso domino rege idoneo contracambio indicto duo-

rum proborum virorum comuniter inter ipsos elligendorum. Item quod si dominus princeps teneat aliquod castrum locum siue villam a domino rege in partibus pedemontis super quibus uel aliquo ipsorum dominus rex ius aliquod haberet ipsum ius exnunc ipsi domino principi sit remissum et amplius nullum jus peti possit per ipsum dominum regem aut gentes suas et e conuerso si dictus dominus rex aliquid in partibus pedemontis teneret a domino principe in quo ius haberet idem dominus princeps eodem modo ipsi domino regi sit quitatum. Et predicta omnia predicti arbitri pronunciauerunt unanimiter et concordes sedentes attendi per ipsas partes sub pena in compromisso apposita. Et predicta fiant omni consilio duorum sapientum. Acta fuerunt predicta in ast in domo filiorum condam domini bertrami de comentina prope portam que dicitur sancti pauli die decima septima novembris. Caretus de rocha berardus filius compagni de florentia gerbinus de marino de villafrancha johannes martinus de valle sancti martini interfuerunt testes vocati et rogati. Et inde duo instrumenta unius tenoris fiant et plura si fuerit opportunum.

N. XVI.

Dedizione del comune di Gassino al principe Filippo.
1306. 14. *maggio.*

In nomine domini nostri yhu xpi amen. Anno ejusdem millesimo CCCVI. indicione IIII.ta die XIIII. mensis madii in presentia mei notarii et testium infrascriptorum. Hec sunt pacta et conuentiones facta inter illustrem virum dominum philippum de sabaudia honorabilem principem achaye et comune et homine gaxini. Et primo quod ipse dominus princeps habeat dominium et jurisdictionem loci predicti

et poderii cum omni jurisdictione meri et misti imperii. Item quod homines predicti loci faciant homagium et fidelitatem predicto domino principi et ea facere teneantur que continentur in sacramento sequele fidelitatis. Item quod predictus dominus princeps teneatur et debeat ipsos deffendere saluare et custodire fines et bona ipsorum et tenere bonas consuetudines ampliare tam in molendinis et ripaggiis aque et aliis comunibus quam aliis pertinentibus dicto comuni. Ita tamen quod si dominus marchio guillelmus aliqua jura ipsorum occupasset uel extorsisset indebite quod illud pro consuetudine non habeatur sub hac adictione quam predictus dominus princeps exnunc concedit eisdem et promittit quod non possit dominium ipsorum transferre sub aliquo casu in alienam personam nisi sibi et suis heredibus nisi esset de voluntate ipsorum. Item quod non possit eis dare castellanum vel rectorem qui non sit de terra ipsius domini principis pedemontis a pado supra. Item quod predicti homines non faciant guerram terre marchionatus montisferrati usque ad unum annum ubi intantum quod teneantur redducere ipsum dominum principem uel vicarium suum cum illis qui essent cum ipsis nec in exercitum ire teneantur infra annum. Item si aliqua questio uel rancura quod absit orietur inter ipsum dominum principem et comune predictum gaxini quod eligantur a qualibet parte duo amici qui amici ipsam questionem uel rancuram emendent et declarent prout eis videbitur faciendum summarie. Item concexit et dedit comiti casale unum et sedimen in gaxino cui coheret via a duabus partibus et johannes juuinus et johannes briatus et incontinenti infrascripti fecerunt fidelitatem et jurauerunt ipsi domino principi primo johannes paytennatus consul comunis predicti et jacobus faber et jacobus florius bauduynus de polosenda conradus pellicus guillelmus sayraschus mayfredus de valle guillelmus char guillelmus magnanus dani corbella nicolinus auia. Et dominus princeps predictus jurauit tenere eos et seruare ut su-

pra. Acta fuerunt predicta in campis gaseni presentibus domino petro de cordone humberto de miribello militibus nicolino ducho judice generali et martino de aglato testibus ad hec adhibitis et uocatis.

Et ego hostacius de berta de rezanis de pinieyrolio taurinensis diecesis publicus imperiali auctoritate notarius hoc instrumentum receptum et notatum per simondum de canalibus notarium pubblicum et tunc dicti domini principis scribam et qui mortis preuentus ipsum leuare in formam pubblicam non potuit ex auctoritate mihi attributa et concessa per honorabilem et sapientem virum dominum anthonium fabe de valentia judicem pineyrolii ex cedula unius folii papyri in qua eundem instrumentum manu dicti condam simondi notatum et scriptum inueni ipsum leuaui et in hanc formam pubblicam reddegi et scripsi nichil in eo adhito uel immutato quod rei substantiam mutet et eum signo meo solito signaui in fidem premissorum.

N. XVII.

Lega tra Amedeo conte di Savoia e Filippo principe d'Acaia per la conquista dei comuni d'Asti e di Chieri.
1306. 26. *luglio.*

Revocazione della medesima lega.
1306. 27. *dicembre.*

In nomine domini amen. Anno eiusdem M. CCC. septimo sumpto millesimo in natiuitate domini indictione quinta XXVII. mensis decembris per hoc presens pubblicum instrumentum cunctis appareat euidenter quod apud sanctum georgium de esperenthia in presentia mei notarii publici infrascripti et testium suscriptorum. Quod cum societates

jure lige et confederationes et unitates facte fuerint per dominum hugonem de ruppecula et dominum rodulphum monte maiori milites procuratores ut dicitur et procuratorio nomine illustris viri a. comitis sabaudie et marchionis in italia ex una parte et illustrem virum dominum philippum de sabaudia principem achaje ex altera super dominio ciuitatis de ast et loci querii jurisdictionis ipsius et totius districtus et super quibusdam aliis contentis in quibusdam publicis instrumentis eiusdem tenoris factis et confectis per manus yuani de prarolmo et rifferii de veruye notariorum publicorum quorum tenor sequitur in hunc modum.

In nomine domini amen anno eiusdem M. CCC. sexto indictione quarta XXVI. die mensis julii in presentia mei notarii et testium infrascriptorum propter hoc specialiter vocatorum per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat euidenter. Quod cum illuster vir et magnificus dominus a. comes sabaudie et in italia marchio dilectionem et beniuolam uoluntatem habeat erga illustrem uirum karissimum nepotem suum dominum philippum de sabaudia principem achaie et e conuerso jam dictus dominus princeps cupientes jam dicti domini ligam fraternitatem societatem confederationem bonam adinuicem habere et unanimes esse pro bono statu ipsorum et omnium amicorum eorum et agmento hospicii sabaudie iam infrascripti procuratores sollempnes predicti dicti comitis videlicet dominus hugo de ruppecula miles et dominus rodulphus de monte maiori miles legitime constituti a predicto domino a. comite ut patet ex forma cujusdam publici instrumenti conpositi per manum rifferi de veruye notarii publici anno et indictione quibus supra XV. kal. julii procuratorio nomine ipsius domini comitis ex una parte et iam dictus dominus princeps ex altera fecerunt societatem juram ligam confederationem et unitatem perpetuo valituram ut infra. In primis quod bona societas et fraternitas sit et liga et confederatio inter ipsos dominos super infrascriptis ita quod quicquid ipsi aqui-

siuerint in lombardia ab hodie in antea ultra id quod tenent et possident in lombardia sit comune ipsorum dominorum ita quod quilibet habeat medietatem. Item quod ipsi ambo bona fide faciant et procurent quod ipsi habeant dominium ciuitatis de ast et jurisdictionem ipsius ciuitatis et totius districtus villarum castrorum et omnium subditorum ipsius ciuitatis et quod sit comune ipsorum. Item quod si contingeret ipsos uel aliquem ipsorum habere dominium et jurisdictionem loci querii et poderii et districtus quod illud eodem modo sit commune pro dimidia unicuique exceptis castris montapoli riuiliaschi et truffarelli que tria castra in solidum sint ipsius domini principis et quod quicquid acquirent ambo in lombardia siue fuerit in marchionatu montisferrati uel alibi undecumque ultra terras quas possident et que ad ipsos dominos non pertineant uel licet pertineant si tum per alium possideantur et abinde in antea acquirantur per ipsos dominos uel aliquem ipsorum quod illud quod fuerit aquisitum sit comune dummodo gentes ipsorum dominorum in acquirenda fuerint si fuerint requisiti quam requisitionem sufficiat fieri bailliuo uallis secusie uel eius locum tenenti alias si non essent requisiti et aliqua acquirerentur per aliquam ipsarum partium illud sit comune et si essent requisiti et nollent venire quod illud quod aquiretur sit illius qui aquiret. Item quod unus alterum et terram alterius quam tenet et possidet uel filia sua marchisa montisferrati teneatur deffendere et juuare ab omni vi et violentia contra quamcumque personam saluo jure dicti domini principis si quod habet et nichilominus eam teneatur deffendere remanente sibi jure suo saluo. Item quod predicti domini bona fide teneantur et debeant pro predictis acquirendis retinendis et custodiendis sumptus communiter facere equo modo et gentes cum armis equites equaliter tenere et de tota terra citra et ultramontana prout eis videbitur faciendum guerram facere exnunc contra marchionem montisferrati uel contra quemcumque alium se volen-

tem opponere jurisdictioni de ast et totius districtus uel jurisdictioni de querrio et totius districtus uel alie terre quam possent acquirere in partibus supradictis uel terre ipsorum dominorum citra montes ita tamen quod unus absque consensu alterius non possit treugam facere seu pacem in lombardia et hoc addito quod expense seu sumptus aliqui non dentur uel soluantur pro aliquibus peditibus terrarum dictorum dominorum nec pro munitione locorum castrorum seu villarum. Item quod duo sapientes seu probi viri eligantur a qualibet parte predictorum dominorum qui duo sint a parte domini comitis de quatuor infrascriptis videlicet dominus yblo de augusta dominus hugo de rupecula dominus hugo de chandeya dominus rodulphus de monte maiori milites. Et ex parte domini principis eligantur duo de quatuor infrascriptis dominus guillelmus dominus montisbelli dominus humbertus de miribello milites chabertus de lucerna et jacobinus de scalengis qui quatuor habeant plenum posse super facto capitanie domini principis declarare et ordinare de tempore futuro super facto salarii sui et super sumptibus et expensis factis a dicto domino principe et aliis suis grauaminibus factis in ciuitate de ast et illud quod dominus princeps habere debet super quibus possint arbitrare et declarare dicere et ordinare sicut est melius videbitur expedire. Ita etiam quod si aliqua oscuritas oriretur inter ipsas partes super dicto negocio uel puncto emergenti occasionibus supradictis quod eam eodem modo possint arbitri et declarare et arbitramento et declarationi teneantur obedire domini supradicti hoc addito et in pactis deducto inter ipsas partes quod non obstantibus pactis conuentionibus et confederationibus predictis quod predictus dominus princeps et dominus guillelmus dominus montisbelli et alii vassalli et homines seu feudatarii dicti domini principis possint omnia et singula debita que dicto domino principi et dicto domino g. seu ceteris feudatariis et aliis vassallis seu hominibus suis debentur per comune et per homines

de ast in singulari uel in uniuersali occasione salarii sui pro tempore preterito uel soldi uel stipendii eorundem seu etiam mutui per aliquem eorundem facti eisdem comuni seu hominibus uel etiam quacumque alia occasione aut amissione equorum uel alia quacumque occasione recipere et exhigere a predicto comuni seu quibuscumque hominibus dicti loci omni illo modo quo possent ante conuentiones et confederationes predictas absque contradictione et impedimento predicti domini comitis uel alterius pro eodem. Item quod pro predictis adimplendis faciendis et acquirendis predictus dominus comes teneatur ipse uel filius suus dominus eduardus in continenti uenire in lombardiam et ibi continue stare et tenere gentes cum armis donec guerra esset finita uel dum esset necessarium jam dictis domino comiti et domino principi et dum eis uideretur in deffensionem terre predicte nec euidens necessitas emineret propter quam jam dicti dominus comes et dominus eduardus essent necessarii ultramontes pro deffensione terre ipsius domini comitis que omnia et singula supradicta predicti dominus princeps nomine suo promittit per stipulationem et per juramentum ipsis procuratoribus presentibus et sub obligatione omnium bonorum suorum mihi notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice prefati domini comitis et omnium quorum interest seu interesse posset rata grata et firma habere et inuiolabiliter obseruare nec facere nec uenire per se uel per alium contra predicta uel aliquod de predictis. Et vice uersa prefati procuratores ipsi domino principi presenti promiserunt nomine procuratorio per juramentum in animam domini comitis juraverunt et sub obligatione omnium bonorum dicti domini comitis quod dictus dominus comes et dominus eduardus filius suus omnia et singula predicta rata grata ac firma tenebunt et habebunt et omnia et singula inuiolabiliter obseruabunt et facient posse suo quod dictus dominus comes et dominus eduardus premissi ratifficabunt et jurabunt quotiescumque fuerint re-

quisiti per ipsum dominum principem uel literas suas aut certum nuncium suum et de premissis omnibus et singulis tam predicti procuratores nomine domini comitis supradicti quam prefatus dominus princeps preceperunt mihi yuano de prarolmo notario et rifferio de ueruye notario infrascriptis fieri plura publica instrumenta unius et eiusdem tenoris ad libitum voluntatis predictorum dominorum et cuilibet eorum. Actum ast in domo scaramporum interfuerunt ibi testes.

Tandem dicte partes videlicet predictus dominus a. comes et predictus dominus philippus per ardicionem de albrieto notarium publicum procuratorem ipsius et nuntium ad hoc specialiter destinatum et procuratorio nomine dicti domini philippi prout constat de dicta procuratione per quoddam publicum instrumentum factum per manum yuani de prarolmo publici notarii sub anno domini M. CCC. sexto indictione IIII. die XI. decembris cuius secunda linea incipit testibus et finit instrumentum volentes predictas societates juras ligas confederationes et unitates reuocare cassare quictare et penitus anullare salua tamen fidelitate predicti domini philippi de sabaudia ad quam tenetur dicto domino comiti et saluis feudis et aliis usagiis et omnibus aliis conuentionibus ante predictas confederationes inter prenominatos dominum comitem et dominum philippum de sabaudia factis habitis bona fide de consensu expresso et voluntate predictorum domini comitis et predicti procuratores procuratorio nomine quo supra predictas societates juras ligas et confederationes et unitates per pactum expressum sollempni stipulatione vallatum reuocauerunt annullauerunt quittauerunt et cassarunt faciens dictus ardicio procurator procuratorio nomine quo supra predicto domino comiti recipienti pro se et suis pacem finem et omnimodam remissionem de omnibus et singulis conuentionibus societatibus juramentis ligis confederationibus et unitatibus habitis et premissis etiam juratis prefato domino philippo per prenominatos dominum

hugonem de rupecula et dominum rodulphum de montemaiori milites procuratores ipsius domini comitis supradicti promittens idem ardicio procurator dicti domini philippi et procuratorio nomine quo supra dicto domino comiti recipienti ut supra et mihi notario infrascripto recipienti vice et nomine et ad opus predicti domini comitis per sollempnem stipulationem et sub obbligatione omnium bonorum predicti domini philippi et sui et per sacramentum ab eo personaliter prestitum dictam reuocationem et omnia supra et infrascripta rata grata firma bona fide habere et perpetuo tenere et quod predictus dominus philippus de sabaudia omnia et singula supra et infrascripta rata grata et firma habebit perpetuo et tenebit et quod contra predicta uel aliquot predictorum uel etiam infrascriptorum non faciet uel ueniet per se uel per alium uerbo uel facto et alii uolenti contrauenire non consentiet in toto uel in parte modo aliquo seu causa et quod predictus dominus philippus omnia et singula supra et infrascripta laudabit approbabit et etiam confirmabit hoc acto in principio medio et in fine specialiter et expresse inter predictos dominum comitem et dictum ardicionem procuratorem nomine quo supra per pactum expressum et per sacramentum per domini procuratorem prestitum quod ulla innouatio seu nouatio uel etiam immutatio fiet que possint esse uel facere contra fidelitatem debitam promissiones conuentiones hactenus habitas inter prenominatos dominum comitem et dominum philippum ante societates juramenta ligas confederationes et unitates suprascriptas factas et initas inter prenominatos dominum hugonem de ruppecula et dominum rodulphum de montemaiori milites procuratores ut dicitur dicti domini comitis ex una parte et predictum dominum philippum ex altera sed quod ipsam fidelitatem dictus dominus philippus et omnes conuentiones ante habitas ratas et firmas habebit et perpetuo modo debito conseruabit. Uersa uice predictus dominus comes pro se et suis prefato ardicioni procuratori et

procuratorio nomine domini philippi et mihi notario infrascripto recipienti vice et nomine et tamquam publice persone prefati domini philippi de sabaudia fecit et facere uoluit pacem finem et remissionem omnimodam de omnibus societatibus juramentis ligis confederationibus et unitatibus habitis premissis factis juratis per predictum dominum philippum de sabaudia procuratoribus eiusdem domini comiti supradicti videlicet domino hugoni de ruppecula et domino rodulpho de montemaiori militibus que superius exprimuntur promittens.

Et ego julianus de sancto mauricio agaunensis dictus de lausanna sedunensis diecesis sacri imperialis palatii notarius publicus omnibus hiis premissis interfui rogatus scripsi et in formam publicam fideliter redegi signauique signo meo in testimonium ueritatis.

N. XVIII.

Trattato tra Carlo re di Sicilia ed il principe Filippo.
1307. 11. *maggio.*

Anno domini millesimo tercentesimo septimo die undecima madii indictione quinta. In nomine christi amen. Presenti scripto publico fiat cuntis in antea manifestum quod egregius vir dominus raynaldus de lecco miles regius magister hostiarius comitatus pedemontis senescallus et venerandus vir dominus petrus de mesoaga prior sancti genesii de martico et nobilis vir dominus johannes cabassole miles et juris civilis professor consiliarii procuratores et nuncii ad infrascripta serenissimi principis domini karoli secundi dei gratia jerusalem et sicilie regis illustris nomine ipsius domini regis ex parte una de quorum procuratione et mandato liquet per literas patentes ejusdem domini regis ipsius

magno pendente sigillo communitas quarum tenor inferius est expressus. Et magnificus vir dominus philipus de sabaudia ex altera recenssentes concordiam factam inter ipsos predictis nominibus super questionibus et controversiis que erant vel esse poterant inter ipsos ad pleniorem unionem ipsorum et uberiorem pacis et concordie lenitatem subscriptam conventionem pactionem et societatem ad invicem deliberato proposito et consulto fecerunt et faciunt predictis nominibus sub cautelis et sollempnitatibus infrascriptis. In primis actum est et per ipsos procuratores premissum ipsos curaturos et procuraturos quod dominus rex prefatus per se et alios procurabit bona fide omni fraude cessante aquirere et habere cum bona voluntate concordia et consensu comunis civitatis astensis absque guerra aliqua vel violencia inferenda eisdem dominium in jurisdictione plenissima predicti comunis civitatis astensis cum toto districtu suo. Ipseque dominus philipus pariter promisit procurare bona fide et omni fraude cessante aquirere prefacta forma comunis civitatis predicte cum toto districtu suo dominium tenendum per quemcunque ipsorum aquiratur seu per ambos regendum et dividendum inter predictum dominum regem et ipsum dominum phylipum juxta formam convencionum olim ex inde habitarum inter dominum phylipum de sabaudia predictum et prefactum dominum senescallum seu pronunciationem inde factam per conradum de brayda et chabertum de lucerna arbitratores electos per predictos dominos phylipum et senescallum hoc adjecto de presenti quod dona tam in terra quam in peccunia promissa fieri per eosdem arbitros in pronunciatione predicta non serventur seu ad ipsorum observantiam predicti dominus rex et dominus philipus minime teneantur sed quilibet dominorum ipsorum pro parte sua provideat quibus voluerit prout eis videbitur expedire. Reservato etiam expressim quod si que obscuritates sint in pronunciatione predicta dectarentur de consilio sapientum. Insuper inter predictas partes predictis nominibus sollempni-

ter actum est et conventum quod neuter dictorum dominorum vel suorum heredum procurabit acquirere vel habere dictum dominium totum vel in parte vel capitaniam civitatis ejusdem pro se tantum set communiter pro utroque. Et si contingeret quod alter eorum ipsum dominium vel capitaniam aliquo casu cujuscunque aquisicionis spem haberet teneatur ipsum cum altero eorum communicare tenere et dividere et per se solum nullo unquam tempore sine voluntate et consensu alterius possit illud eorum aliquis recipere vel habere. Item actum est inter predictas partes nominibus sepedictis et sollempniter conventum quod omnes illas terras et castra que prefatus dominus philipus de territorio seu districtu dicte civitatis qualitercunque modo habuerit ipse et heredes sui teneant et recognoscant et tenere et recognoscere teneantur in feudum a predicto domino rege et heredibus suis sub servicio quod juxta consuetudinem regionis ipsius pro nobili feudo fieri debet domino per vassallum. Circa deffensionem tamen tocius districtus ejus tam partis que ad prefactum dominum regem predicto modo pervenerit quam partis que ad ipsum dominum phylipum pariter pervenerit dicto modo dominus rex et heredes sui tanquam domini et ipse dominus philipus et heredes sui tanquam vassalli cum toto posse quod in partibus illius haberent sibi ad invicem contra omnem personam seu comunitatem assistere teneantur. Parique forma inter predictas partes supradictis nominibus supra dominio loci carii et districtu ejus conventum et pactum est et inita societas servata pronunciacione facta super eo per arbitros memoratos. Item predicti nuncii regii et procuratores ex potestate specialiter super hoc eis data per dominum regem predictum cujus potestatis et mandati tenor inferius est conscriptus marchionatum montisferrati justo titulo in ipsum dominum regem pleno jure translatum per magnificum virum dominum maynfredum marchionem saluciarum ad quem dicebatur rationabiliter pertinere transferentes in predictum philipum

pro portione et sub pactis et condicionibus infrascriptis actum et sollempniter conventum fuit inter ipsos nominibus quibus supra et prefactum dominum philipum quod castra tria videlicet montemcalvum et vignale et lu ante partem et sine concursu alterius prefactus dominus rex pro se et suis heredibus in solidum et in perpetuum habeat pleno jure cum juribus et districtu territoriis et pertinentiis eorundem totum autem residuum marchionatus ejusdem quod aquiri poterit conventum fuit ut dividatur formis et porcionibus subscriptis videlicet quod idem dominus rex habeat medietatem plenariam et dominus comes sabaudie si voluerit interesse ad conquisitionem ipsam et super hoc rescripserit per totum presentem mensem maii hujus quinte inditionis habeat quartam partem et prefactus dominus phylipus de sabaudia habeat aliam quartam partem et si dictus dominus comes interesse noluerit aut non rescripserit infra terminum supradictum sicut proxime est et expressum eadem quarta pars sit ejusdem domini phylipi ita quod eo casu medietatem habeat. Que quidem medietas teneatur et teneri debeat per ipsos dominum comitem sabaudie et dominum phylipum vel ipsum dominum philipum tantum in casu predicto in feudum a predicto domino rege et ex nunc et ex tunc ipse dominus philipus predictis procuratoribus et michi subscripto notario stipulantibus nomine dicti domini regis recognovit in feudum et sub debita sollempnitate in feudum predictam partem recepit. Actum etiam est et conventum inter ipsas dictas partes quod expense fiant ad conquisitionem et deffensionem marchionatus predicti pro rata partis terre conquirende que quemlibet eorum continget juxta formam superius declaratam. Item actum est et conventum quod divisio terre aquirende dicti marchionatus subscripto modo fiat videlicet quod dominus rex habeat castrum serevallis cum pertinenciis suis et alia castra seu loca magis propinqua ipsi castro et alteri terre sue pedemontis usque ad medietatem suam et prefatus dominus phylipus habeat

clavasium et castrum sancti rapherii et alia loca sibi adjacentia et magis propinqua terre sue usque ad quartam vel in casu supra declarato usque ad medietatem et dictus dominus comes si consenserit et rescripserit sicut supra quartam suam habeat in terra quam tenet pro dote filie sue dote ipsa primitus extimata et eidem filie sue seu sibi admissa absque computacione et in alia terra dicti marchionatus sibi propinqua hoc semper expresso quod predicta tria castra silicet montiscalvi et vignali et lu in comuni non veniant sed dominus rex illa habeat ante partem. Actum etiam et conventum quod inter predictas medietates non debeant computari villa fiani et villa gasini et fidelitates castri bozholini et castri castellionis et septimi et baratonie salvo jure domini regis si quod habet vel habere debet in dicta villa fiani pro jure quod competit illis de sancto martino quas quidem villas et fidelitates et castra idem dominus philipus pro se et suis heredibus predictis procuratoribus regiis et michi subscripto notario nomine dicti domini regis ejusque heredum recognovit in feudum et tenere in feudum a predicto domino rege suisque heredibus sollempniter convenit. Item actum est quod servientes sive clientes necessarios pro custodia trium castrorum que dominus rex ante partem habere debet ut in superioribus est expressum ipse dominus rex ponat statuat et solvat ad expensas suas et eos qui necessarii fuerint pro custodia dictarum villarum et fidelitatum quas idem dominus philipus predicto modo conquisivit et tenet ipse dominus philipus ad expensas suas statuat atque ponat deffensio tamen tocius marchionatus tam silicet ipsorum castrorum et villarum quam aliorum locorum ad utrumque predicto modo et etiam ad prefatum dominum comitem sabaudie in casu predicto comuniter pertinebit et debeat pertinere et ipsi eam secundum formam predictam comuniter facere teneantur. Circa divisionem autem predictam expressim et sollempniter est conventum quod sicut successive castra et loca marchionatus pre-

dicti aquirentur tamdiu comuniter teneantur et custodiantur ad comunes expensas donec tot sint aquisita ex quibus portiones inter eos seu divisiones secundum ratam predictam fieri valeant coequales. Que omnia et singula predicte partes supradictis nominibus perpetuo rata et firma tenere promiserunt et in nullo contravenire de jure vel de facto sub juramento quod sponte super sancta dei evangelia dictis nominibus prestiterunt. Promittentes dicti procuratores se curaturos et procuraturos quod predicta omnia et singula cum necessariis sollempnitatibus et cautelis rata grata et firma habeantur a regia majestate ex pacto renunciantes juribus rationibus et deffensionibus quibus quoquo modo possent contravenire. Volentes quod presens instrumentum posit reffici et dictari donec predicta effectum plenum et indubitatum obtineant dictamine cujuslibet sapientis. De quibus omnibus et singulis tam predicti procuratores regii quam dictus dominus philipus petierunt sibi fieri publica instrumenta et ad eorum petitionem et mandatum factum est ad futuram memoriam et predicti domini philipi cautelam per me infrascriptum notarium de premisis omnibus et singulis pressens publicum instrumentum. Actum in castro govoni astensis diocesis in domo jacobi de govorio anno domini millesimo tercentesimo septimo die undecima madii quinte indictionis pontifficatus sancti patris et domini clementis pape quinti anno secundo in presentia et testimonio magniffici viri domini lodoyci de sabaudia et nobilium et discretorum virorum dominorum guillelmi domini montisbelli uberti domini mirabelli berllionis rivorie girardi de veraio et frederici de luco militum et dominorum guillelmi provane nicholay duchi et rostagni de mayrone jurisperitorum jacobini de scalengis domicelli et johannis pisonerii de avinione notarii testium vocatorum ad hec et rogatorum.

Et ego yvanus de prarolmo publicus notarius hoc instrumentum jussus et requisitus scripsi quia predictis rogatus interfui publicavi et meo signo signavi.

N. XIX.

Convenzione tra Filippo principe d'Acaia ed il comune d'Asti.
1309. 8. *aprile.*

In nomine domini amen. Anno domini milleximo tercenteximo nono indicione septima die martis octavo mensis aprilis. Actum in chario in domo beati anthoni presentibus domino fratre bernardo preceptore domus sancti anthoni de renverso domino petro de cordone milite domino guillelmo bozardi milite domino ottone de melioreto judice domino guillelmo provana judice domino berardo layolio domino leonardo caseno de ast doctoribus legum thoma rotarii de ast domino bertoloto gribaudi matheo rascherio et scarampo gerbaudi de chario testibus rogatis. Infrascripta pacta et convenciones fecerunt illustris vir et magnificus dominus philipus de sabaudia princes achaye suo proprio nomine ex una parte et domini robersonus trotus et berardus de solario civis astensis consules civitatis astensis habentes mandatum speciale et plenam bayliam et liberam a comuni predicto solvendi et paciscendi componendi et transsigendi cum predicto domino principe prout patet per unum scriptum factum manu bartolomei candele notarii in anno presenti die jovis XXVII.° mensis marci et cuius scripti seu baylie tenor inferius continetur in publico instrumento manu dicti bartolomei redactus nomine et vice dicte comunis astensis ex altera parte. Super omnibus questionibus et controversys atque petitionibus vertentibus seu qui verti videntur seu posse videntur verti vel fieri inter partes predictas usque ad presentem diem aliqua causa vel obligatione vel contractu vel quocumque alio modo occasionibus infrascriptis. In primis dicti consules astenses nomine dicti comunis astenxis promiserunt dicto domino principi solempniter stipulanti dare et solvere eidem vel eius

certo nuncio in civitate astensis quatuor milia et quingentas libras bonorum denariorum astensium parvorum monete vel equipolentis in valore monete currentis in civitate astensis tempore solucionum faciendarum prout comitere expendetur tunc in ipsa civitate singulis annis in terminis infrascriptis in vitta naturali ipsius domini principis silicet a kalendis mensis madij proximi venturi usque ad unum annum proxime subsequentem et completum primam solutionem quatuor milium et quingentarum librarum et usque ad dictum terminum debeant complevisse dictam solucionem et de inde de anno in annum successive infra terminum supradictum sub pena ducentarum librarum astensium pro quibuslibet millis libris predicte pecunie quantitatis non solutis terminis promisis. Et ab inde supra et infra pro rata cuiuslibet milliaris non soluti ut supra danda et solvenda ipsi domino principi per comune astensis tociens comitenda quociens cessaverint in solucionibus supradictis dum tamen pro una solutio non comitatur pena predicta nixi semel pactis et conventionibus supra et infra scriptis in suo robore duraturis. Item pro dictis solucionibus faciendis dicti consules nomine comunis astensis obligaverunt pignori dicto domino principi omnia bona comunis astensis. Item actum extitit inter eos quod omnia instrumenta et omnes obligationes quecumque et quascumque dictus dominus princes habet contra comune astense vel aliquas singulares personas civitatis astensis vel districtus pro dicto comuni occasione salarii et salariorum capitanie et capitaniarum civitatis astensis vel alicuius alterius loci ipsius domini principis vel pro solidis stipendiariorum vel pro equis seu emendis equorum vel aliqua alia occasione usque ad presentem diem sint cassa et casse et nullius valoris eo salvo quod si soluciones predicte integre non fierent dicto domino principi. In illo casu dicta instrumenta remaneant in suo statu prout inferius continetur debeant tamen deponi penes comune carii hac forma silicet quod si dicte soluciones sterent integre dicto domino principi vel

eius mandato annuatim et terminis supradictis quod dictus dominus princes ipsis instrumentis uti non possit. Et quod faciet et curabit dictus dominus princes cum effectu quod dicti stipendiarij vel alii qui fuerunt pro ipso domino principe vel pro domino guillelmo de montebello milite vel ipsorum aliquo vel procuratore ipsorum vel alicuius ipsorum ante dictam et dictas capitanias vel post in servicium comunis astensis non petent a dicto comune astensis vel aliqua singulari persona civitatis vel districtus astensis aliquid ratione stipendiorum ipsorum vel equorum seu emendarum equorum. Quod que faciet et durabit cum effectu quod comune astense et singulares persone de ast et de posse astensis et districtu non agravabuntur realiter vel personaliter vel molestabuntur vel impedientur occasionibus dictorum stipendiorum vel emendarum equorum debitorum vel debitarum. Et si impediti vel arestati fuerint occasionibus predictorum vel aliqua earum quod ipse suis sumptibus et expensis ipsos faciat expediri. Et quod conservabit comune astense et singulares personas de ast et de posse astensis indepne et indepnes ab omnibus et singulis supradictis videlicet stipendiis et emendiis debitis ut supra. Quod si non faceret tantum diminuatur de quantitate annuali sibi debita a dicto comuni ipso facto et ipso jure. Et de predictis intelligatur exceptus dominus guillelmus de montebello cui satisfieri debeat per comune astense et singulares personas de omni eo quod debet habere a dicto comuni astensi vel a singularibus personis dicti comunis vel districtus sicuti poterat et debebat ante presencia pacta et eodem modo intelligatur de vespa de solario. Si autem dicto domino principi dicte soluciones vel aliqua ipsarum integre facte non fuerint annuatim terminis supradictis actum extitit quod illo casu dictus dominus princes possit uti dictis instrumentis et juribus sibi competentibus ex ipsis instrumentis contra comune astense et singulares personas realiter et personaliter usque ad integram satisfactionem ejus quod sibi non esset solutum et

non ultra sicut poterat ante presencia pacta. Et si illa instrumenta essent amissa vel si ea habere non posset ipse dominus princes quod in dicto casu possit ipse dominus princes ipsa instrumenta facere refici sine aliqua requisitione vel citatione comunis astensis vel alicujus alterius persone dum tamen ex parte comunis charij vel ipsius domini principis denunciatum fuerit comuni astensi seu potestati vel rectoribus qui per tempora fuerint in regimine civitatis astensis quod dictus dominus princes vellet habere instrumenta deposita penes chary vel ea facere refici per notarios qui ea fecissent et quod notarii qui ea instrumenta facienda receperunt possint et debeant ipsa refficere ad requisitionem ipsius domini principis omni solepnitate remissa et ipsis refectis possit dictus dominus princes uti sicut poterat ante presentia pacta usque ad integram satisfactionem eius quod sibi non esset solutum et non ultra qua satisfactione habita dictus dominus princes teneatur ipsa instrumenta reponere penes dictum comune charij factis autem solucionibus supradictis integre modo predicto post mortem dicti domini principis dicta instrumenta comuni astensi restituantur. Item quod dicti consules capitaneus et potestas et alij rectores comunis astensis presentes et futuri teneantur et sint astricti vinculo juramenti facere fieri dictas solutiones integre terminis supradictis dicto domino principi vel eius nuncio seu procuratori et quod super hiis fiat capitulum speciale tronchum et precissum per comune astense cui derogari non possit per aliud capitulum ordinamentum vel reformationem seu reformationes ad observacionem cuius capituli vinculo juramenti sint astricti dicti consules et capitaneus et potestas presentes et futuri et alij rectores qui pro temporibus erunt in regimine civitatis astensis vel personali. Item quod dictus dominus princes teneatur receptis solutionibus per terminos supradictos in quolibet ipsorum facere cartam quitationis comuni astensi per se vel procuratorem suum de eo quod receperit et singulis annis tam particulariter quam

in totum. Item quod si contingerit pacem fieri inter astenses intrinsecos et extrinsecos quod in dicta pace agatur expresse et fiat quod forenses ratifficent et aprobent et se universaliter obligent pro solucionibus predicte pecunie quantitatis solvenda dicto domino principi modo et forma predictis. Item actum extitit inter partes predictas et expressum quod per predicta vel aliqua predictorum nullum preiudicium fiat vel factum esse intelligatur aliquibus obligationibus quibus comune astensis vel alique singulares persone comunis astensis vel districtus tenentur dicto domino principi occasione intercessionis vel obligationis domini boni hominis asinarij et muti asinarij et alterius intercessionis vel fidejuxtionis pro comune astensi versus aliquem civem astensem de voluntate ipsius comunis de quibus apareant publica instrumenta et eo salvo quod per predicta vel aliqua predictorum nullum prejudicium fiat vel factum esse intelligatur dicto domino principi in aliquibus debitis sibi datis vel deliberatis per comune astense positis ad racionem dicti domini principis de quibus nullam sollutionem abuerint. Item teneatur dictus dominus princes tenere rebellos inimicos et bannitos suos et de tota terra sua et vassallorum suorum omnes foruxitas civitatis astensis et districtus et eis vivam guerram facere ad voluntatem comunis astensis secundum formam jure inite inter dominum guillelmum de montebello militem nomine domini dicti domini principis ex una parte et comunem astense ex altera et intelligatur comune ast pars velfa nunc regens civitatis astensis ubicunque sit et versavice fiat per dictum comune astense dicto domino principi et versus eum et pro ipso. Item quod per predicta non intelligatur esse derogatam a die presenti in futurum jure facte inter dictum dominum guillelmum de montebello nomine dicti domini principis ex una parte et comune astense seu abentes bayliam a dicto comuni ex altera sed ipsa remaneat in sua firmitate a die presenti in futurum nixi in eo ponto in quo dicitur in dicta jura de salario consci-

liariorum et pro consciliariis non possit petere vel abere salarium in dicta jura contentum nixi pro duobus judicibus et duobus notariis et pro aliis consciliariis nihil possit petere et omnibus aliis articulis suis dicta jura in sua maneat firmitate. Item promiserunt sibi ad invicem dicte partes solempnibus stipulationibus firmiter adtendere et observare omnia et singula supradicta et non contrafacere vel venire sub restitutione omnium dapnorum expensarum et interesse que et quas pro inde pars observans faceret vel incureret vel substineret judicio vel extra ratis manentibus et firmis omnibus et singulis supradictis sub obligatione et ypotheca omnium bonorum dicti comunis astensis et domini principis supradicti pacto videlicet inter ipsas partes adhibito quod si aliqua obscuritas ambiguitas seu dubium seu aliqua contentio vel controvertia inter partes predictas oriretur occasionibus supradictis vel aliqua occasione de predictis quod illo casu comune carij possit et debeat dubia seu obscuritates declarare et discordias seu contentiones ad concordiam sommarie et deplano reducere. Comune autem carij intelligatur pars velfa que nunc regit in cario que omnia et singula supradicta tam dictus dominus princes suo nomine ex una parte quam dicti domini roberzonus trotus et berardus de solario consules civitatis astensis nomine ipsius comunis ex altera corporaliter prestito sacramento ad sancta dei evangelia adtendere et observare et firma tenere juraverunt pro ut superius scripta sunt. Renunciantes etc.

Et de predictis omnibus et singulis predicte partes unanimiter et concortes preceperunt mihi ardicioni de albrieto notario infrascripto bartholomeo candele et petro laurenti de ast yvano de prarolmo et rubeo maonerij notariis publicis fieri pro utraque parte et pro qualibet earum unum vel plura unius tenoris publica instrumenta conscilio et dictamine dominorum guillelmi provane ottonis de melioreto berardi lajoli et leonardi casseni de ast juris peritorum qui

predicta omnia dictaverunt examinaverunt et diligenter de voluntate parcium predictarum aprobaverunt.

Et ego ardicio de albrieto notarius palatinus et scripba publicus prefacti domini principis predictis omnibus interfui vocatus et rogatus et hanc cartam scripsi.

N. XX.

Vassalli del Piemonte giurano fedeltà a Roberto d'Angiò.
1309. 22. *aprile.*

Anno domini millesimo tercentesimo nono die vigesimo secundo mensis aprilis constet quidem universis et singulis hoc instrumentum pubblicum inthuentibus cum per illustrissimum dominum carolum secundum dei gratia jerusalem et sicilie regem ac comitatuum provincie et forcalquerii comitem viro egreggio et potenti domino reymundo de baucio militi domino curtedonis in comitatu pedemontis senescallo fuissent littere demandate tenoris et continentie subsequentis. Carolus secundus dei gratia rex jerusalem et sicilie ducatus apulie et principatus capue provincie et forcalquerii comes raymundo de baucio militi comitatus pedemontis senescallo familiari et fideli suo gratiam suam et bonam voluntatem hereditariam terram nostram comitatus seu partium pedemontis paterna siquidem nobis successione quesitam inter eetera hereditaria jura nostra preclara nobis equidem non minus et caram in nostris affectibus complectentes de illa sedule non cogitare non providere non possumus imo sicut ad illam potius affectione sincera dirrigimur sic et de statu eius atque successibus dirrigendis ad prospera precordialius meditamur sane prospecto quod post obitum raymundi berengarii nati nostri ex dono equidem nostro dominï comitatus ipsius absque legitimis liberis decedentis comitatus ipse

devolutus ad nos propter absentiam nostram multis discriminibus patuit et dum non esset qui de propinquo de illo curaret multimode turbationi expositus gravia damna tulit quod utique non eque portamus et attento per consequens quod curiam comitatus ipsius prout necessariam reputamus ad presens nulli extra nos melius imponere et committere possumus quam ei qui natali jure sive indemnitate juris est et esse dignoscitur idem nobis comitatum ipsum pedemontis cum omnibus et singulis civitatibus terris castris fortaliciis villis casalibus hominibus et vassallis honoribus dignitatibus juribus jurisdictionibus et patrimoniis eius omnibus roberto duci calabrie ac in regno sicilie vicario generali primogenito nostro carissimo et hereditario successori filio utique benedictionis et gratie ac multarum virtutum ubertate circumfluo ad cuncta presertim agibilia circumspecto et eius heredibus utriusque sexus ex eius corpore legitime descendentibus natis et in antea nascituris imperpetuum deliberato consilio et consideratione perpensa in feudum deddimus donavimus atque concessimus de certa nostra scientia liberalitate mera et gratia speciali sub feudali quidem servitio decem militum nobis immediate et in capite spatio trimestri prestando sub quo prefato quondam raymundo berengario comitatum ipsum dignoscimus concessisse investientes eum presentialiter per vexillum nostrum de eodem prout hec et alia in privillegio nostro eidem duxi exinde faciendo clarius et distinctius exprimuntur tue itaque fidelitati mandamus et statim receptis presentibus per modum quem noveris aptiorem perducens hoc amabiliter in notitiam singulorum procuratorem seu procuratores nuncium seu nuncios dicti ducis postquam ad te pervenerint in corporalem possessionenem comitatus ipsius cum civitatibus et terris castris fortalitiis villis casalibus hominibus et vassallis honoribus dignitatibus juribus jurisdictionibus et pertinentiis eius omnibus in testimonio pubblico et sub cautella solemni auctoritate nostra inducas sibique aut procuratoribus seu procuratori eiusdem facias a mar-

chionibus comitibus baronibus et vassallis aliis ac universis hominibus comitatus predicti hommagia et fidelitatis debita sacramenta prestari et ex nunc in antea donec procuratores ipsi et nuncii ad te pervenerint te incontinenti post receptionem presentium comitatum eumdem nomine dicti ducis constituas possidere cessaturus et te ab eodem officio quod exerces quando ab eodem duce tibi fuerit hoc mandatum et rescripturus. Nobis quidquid feceris in premissis facturusque fieri confestim de executione presentium cum forma earum consimilia competentia instrumenta quorum uno tibi retento et alio dictis procuratoribus seu nunciis traddito tertium studeas mittere dicto duci presentes autem litteras nostras tum expeditius transeant tum propter viarum que varia sunt et multa discrimina fieri et mitti precipimus triplicatas datum neapoli per bartholommeum de capua militem logochetam et protonotarium regni sicilie anno domini millesimo tricentesimo nono die decima septima februarii septime indictionis regnorum nostrorum anno vigesimo quinto et deinceps advenientibus viris nobilibus dominis raynaldo de lecto comitatuum provincie et forcalquerii senescallo ac domino raynaldo de aquila ducalis curie judice militibus consiliariis familiaribus et fidelibus regiis et illustrissimi domini roberti primogeniti dicti domini regis ducisque calabrie et in regno sicilie vicarii generalis procuratoribus constitutis per dictum dominum ducem et adeuntibus terram cunei de comitatu predicto dictum dominum senescallum pedemontis sicut de procura eorum liquet per patentes litteras sigillo dicti domini ducis sigillatas quarum tenor talis est. Robertus primogenitus illustris jerusalem et sicilie regis dux calabrie comesque pedemontis ac in regno sicilie vicarius generalis tenore presentis procuratorii notum facimus universis quod per ipsum reverendum dominum et genitorem nostrum jerusalem et sicilie regem illustrem nobis nostrisque heredibus sexus utriusque imperpetuum gratiose donato comitatu partium pedemontis cum civitatibus terris castris fortalitiis villis

casalibus hominibus et vassallis honoribus dignitatibus juribus jurisdictionibus et pertinentiis eius omnibus nos de fide et industria et legalitate virorum nobilium domini raynaldi de lecto senescalli comitatuum provincie et forcalquerii ac domini raynaldi de aquila ducalis nostre curie judicis consiliariorum familiarium et fidelium paternorum nostrorumque pariter dilectorum plene confisi eos et quemlibet eorum insolidum ita quod non sit melior conditio occupantis scilicet quod unus inceperit alter nihilominus prosequi valeat et complere fecimus constituimus et ordinamus nostros veros et legitimos procuratores ac nuncios speciales ad conferendum se personaliter ad partes predicti comitatus pedemontis et adeundum presentiam senescalli regii dictarum partium pedemontis dantes et concedentes ipsis procuratoribus nostris ac nunciis et cuilibet eorum insolidum plenam et liberam potestatem et speciale mandatum recipiendi per manus eiusdem senescalli jamdicti comitatus pedemontis nomine et pro parte nostra juxta quod eis precipitur per litteras regias corporalem possessionem comitatus eiusdem cum civitatibus terris castris fortaliciis villis casalibus hominibus vassallis honnoribus dignitatibus juribus jurisdictionibus et pertinentiis eius omnibus et insuper ab omnibus et singulis prelatis comitibus marchionibus baronibus militibus feudatariis universitatibus capitaneis et aliis cuiuscumque dignitatis status conditionis existant et quocumque nomine censeantur recipiendi similiter nomine et pro parte nostra hommagia et fidelitatis debita sacramenta ita quidem quod ipsam receptionem hommagii non intelligatur nec possit intelligi sublatam sive subductam quin ipsi prelati comites marchiones barones milites feudatarii universitates valvasores capitanei et alii cuiuscumque dignitatis status et conditionis existant quocumque nomine censeantur nobis presentialiter et personaliter faciant hommagia ut ex hoc per mutuam visionem atque presentiam major naturalitas invicem et dilectio radicentur promittentes sub ippoteca bonorum nostrorum ratum

habituros et firmum quidquid per eosdem procuratores nostros vel eorum alterum modo predicto procuratum receptum actum gestum et factum fuerit in premissis et quolibet eorumdem in cuius rei testimonium presens procurationis transcriptum exhinde fieri et pendenti sigillo nostro jussimus communiri actum et datum neapoli per dominum bartholommeum de capua logochetam et prothonotarium regni sicilie anno domini millesimo tricentesimo nono die septimo decimo februarii septime indictionis dictus quidem dominus senescallus exequens reverenter mandata predicta regia sibi facta evocatis ad sui presentiam in loco cunei in palatio regio marchionibus baronibus castellanis nobilibus valvarsoribus et vassalis regiis quorum nomina inferius designatur nec non infrascriptis sindicis seu procuratoribus civitatum et universitatum infrascriptarum predictam infeudationem donationem translationem et concessionem factam eidem domino duci eiusdemque heredibus per majestatem regiam supradictam amabiliter in notitiam singulorum perduxerit et dictos procuratores et eorum quemlibet nomine et pro parte dicti domini ducis in corporalem possessionem dicti comitatus cum civitatibus terris castris fortaliciis villis casalibus hominibus et vassallis honoribus dignitatibus juribus jurisdictionibus et pertinentiis eius omnibus auctoritate regia supradicta induxit per vexillum signo regio signatum precipiens ipsis marchionibus castellanis nobilibus varvassoribus et vassallis regiis et sindicis eisdem ut predictis procuratoribus recipientibus nomine dicti domini ducis hommagia prestent et fidelitatis debita sacramenta qui predicti marchiones castellani nobiles valvarsores pariter et vassalli nominibus infrascriptis et infrascripti sindici seu procuratores sindicario et procuratorio nomine communitatum et universitatum subscriptarum nec non et universitates et singulares persone omnes communis cunei et eius districtus obbedientes et parentes mandatis predicti domini senescalli ipsis procuratoribus nomine dicti domini ducis recipientibus prestiterunt

hommagia et fidelitatis debita sacramenta tactis ab eis corporaliter manu sacrosanctis evangeliis in manibus predictorum procuratorum promittentes nominibus infrascriptis predictis procuratoribus et eorum cuilibet stipulantibus et recipientibus nomine predicti domini ducis heredum et successorum suorum sub virtute per eos prestiti juramenti et sacramenti se et successores eorum nec non et universitates et communitates locorum infrascriptorum fideles perpetuo existere dicto domino duci et eius heredibus et successoribus nec esse aliquo tempore in damno dicto domino duci seu eius heredibus et sucessoribus eiusdem de corpore suo nec de serveto suo vel munitionibus suis per quas tutus esse posset vel de sui justitia vel de aliis causis que ad eius honestatem pertinere videntur vel de suis juribus vel possessionibus nec id bonum quod predictus dominus dux et eius heredes et successores facere poterunt leviter facient eis difficile nec id quod eis possibile erit facient eis impossibile et quod nunquam erunt scienter in consilio vel auxilio vel in facto quod predictus dominus dux eius heredes et successores vitam vel terram dimmittant vel damnum de suo corpore vel rebus patiantur vel recipiant in personam aliquam lesionem vel injuriam vel contumeliam vel honorem ammittant quem nunc habent vel in antea habebunt et si sciverint vel audiverint aliquem vel aliquos qui velit vel velint aliquod predictorum contra dictum dominum ducem seu eius heredes seu successores facere pro posse eorum ut non fiant prestabunt impedimentum et si prestare nequiverint quam cito poterunt eis nuntiabunt et contra illum seu illos qui predicta vellent facere prout poterunt predicto domino duci et eius heredibus prestabunt auxilium et si contingere quod absit predictum dominum ducem seu eius heredes et successores rem aliquam quam nunc habent vel habebunt ammittere vel proinde forte ammiserint eam recuperare juvabunt et eam recuperatam deffendere omni tempore et retinere et ipsum et heredes eius juvabunt con-

tra quamcumque personam cum specialiter et generaliter fuerint requisiti si tamen sciverint pro dicto domino duci seu eius heredibus magnum periculum imminere tunc etiam sine requisitione ipsum et eius heredes juvabunt et si predictus dominus dux seu heredes in secreto aliquid manifestaverint ipsis sine eorum licentia nemini pandent vel quod pandatur facient et si predictus dominus dux seu eius heredes et successores consilium aliquod ab eis postulaverint illud sibi dabunt utile ut magis eis videbitur expedire et numquam ex personis eorum aliquid facient scient per predictum dominum ducem seu eius heredes et successores quod pertineat ad suam injuriam vel contumeliam et demum alia omnia universa et singula que in forma fidelitatis et in capitulis eiusdem continentur tacite vel expresse. Nomina marchionum vassallorum sunt hec in primis dominus henricus de carreto marchio sagone domini johannes de salutiis georgius de ceva pro se et domino nano eius patre et gulielmo eius fratre romatius de busca antonius de busca johannes de busca philippus de venasca guyetus de venasca berardus de venasca nicolinus de venasca antonius de venasca jacobinus de venasca filius petri de venasca jacobinus de venasca filius maynfredi de monasterio quondam ardicio de venasca dominus matheus de vallegrana dominus gulielmus algaria petrus cailla nicolinus caylla jacobinus caylla domini de gaylola nicolaus brocardi johannes brocardus ricardus brocardus jacobus brocardus passerius brocardus et brocardus de brocardis belengarius de urso mundinus de urso de roccavione brocardus domini belengary pro se et michaele raydettus biscarra johannes domini bellengarii nicolaus biscarra jacobus arduynus raymundus domini belengary jacobus georgius belengarius biscarra de valle vermeynane dominus johannes arduyni jurisperitus petrus arduinus nomine suo et domini jacobi arduyni et georgii eius fratrum de cadralio galbertus arduyni henricus arduynus colinus arduinus gulielmus de cadralio thomas de cadralio de monteregali domini carruon

dominus conradus braïssanus jurisperitus johannes braïssanus pro se et aliis de eorum domo dominus obertus de manta valfredus de manta henricus de montemalo jacobus de forficibus pro se et lutorio nomine nepotum suorum johannes bella belliermus filius gulielmi bellermi de sermatorio conradus de brayda suo nomine et barnabo de brayda morantis in regno baudoynus begninus sindicus et sindicario nomine communis et districtus albe combertus de diano rogerius coyron suo nomine et sindicario nomine universitatis clayrasci et eius districtus petrinus de bastida rayssoni districtus montisregalis nicolaus romeus et mutius pera suo nomine proprio et sindicario nomine communis cunei et eius districtus manuel de alexandria sindicus et sindicario nomine communis foissani et eius districtus jacobus ogerius de savylliano m. de morocio joannes de brayda jacobinus ruffinus suo nomine et procuratorio nomine dominorum de morocio et consortitus eius facius calerius de busca et mussus venianus de busca suo nomine et sindicario nomine universitatis hominum busche anthonius de sole suo nomine proprio et sindicario nomine hominum saviliani et eius districtus amedeus de gastardo pro parte domini vignolii et cervasque gulielmus filius domini belengarii de roccavione torellus de corsa porcelle dominus gulielmus de rossana et de predictis omnibus dictus dominus senescallus pedemontis et predicti procuratores petierunt inde fieri tria pubblica instrumenta tenoris eiusdem. Actum cunei in domo regia ubi consilium solitum est fieri presentibus viris nobilibus dominis johanne michaele judice majore comitatus predicti rolinus rolini milite vicario cunei domino petro falco domino hugone de cassano militibus simone de cadralio gulielmo layrano notariis gulielmo augerio vicario albe et gulielmo falco domicello. Subsequenter vero anno et mense quibus supra die vigesimo tertio aprilis predicti domini procuratores ad castrum busche personaliter accedentes una cum predicto domino senescallo et ad sui presentiam universitatem hominum dicte ville busche

et eius districtus et singulos dominos universitatis ipsius evocaverunt et officiales eiusdem locis quibus evocatis predictus dominus senescalus predictas translationem collationem infeudationem seu donationem in notitiam ipsorum amabiliter produxit et dictos procuratores et eorum quemlibet in corporalem possessionem attenta forma mandati regii dicti loci et eius districtus et castrorum ipsius cum omnibus juribus et pertinentiis induxit precipiens francisco de gastaudo vicario dicti loci et jacobo de gallarano castellano castri superioris ut deinceps pro parte dicti domini ducis eorum gerantur officia et pro eo et prestent fidelitatis et hommagii debita sacramenta nec non et universitati hominum dicti loci et singulis personis eiusdem omnibus ut predictis procuratoribus et eorum cuilibet prestent hommagia et fidelitatis debita sacramenta nomine predicti domini ducis recipientibus et successorum suorum qui predicti vicarii et castellanus predicta eis precepta attendere et observare juraverunt in forma superius declarata post hec anno et mense quibus supra et die vigesima quarta aprilis nobilis vir dominus raynaldus de lecto predictus proficiscens versus partes comitatus provincie predicto domino raynaldo de aquila ad terras alias comitatus pedemontis una cum predicto domino senescallo personaliter accedentes accessit personaliter demontem et congregata universitate hominum dicti loci et pro parte dicti domini senescalli dicta donatione collatione infeudatione ad notitiam eorumdem amabiliter producta raymundus de areis baiulus et castellanus demontis petrus veyranus clavarius et gabriel notarius juraverunt ad sancta dei evangelia in manibus predicti domini raynaldi de lecto deinceps nomine dicti domini ducis et pro parte eiusdem eorum officia gerere et fidem suisque heredibus fideles existere quippe universitas dicti loci et singulares homines eiusdem in precepto eis facto pro parte dicti domini senescalli predicto domino procuratori predictum in forma prestitit hommagium et fidelitatis debite sacramentum actum

in demonte ad perticam ubi jus redditur testes fuerunt vocati dominus fredericus de lucco miles et michael alioni notarius de aquis hugo faranixa de vinadio. Item deinde anno et mense quibus supra die vigesima quinta mensis aprilis dictus dominus raynaudus de aquila una cum dicto domino senescallo accessit ad locum savilliani et dictus dominus senescallus evocata universitate hominum dicti loci ad sui presentiam dictam donationem et infeudationem in eius notitiam perduxit precipiens dicte universitati et singularibus hominibus loci eiusdem et eius districtus ut eidem procuratori recipienti dicti domini ducis nomine et heredum et successorum suorum prestent hommagia et fidelitatis debita sacramenta que universitas et omnes et singulares homines dicti loci parentes mandatis predicti domini senescalli dicto procuratori recipienti ut supra prestiterunt in forma hommagium et fidelitatis debite juramentum supra sancta dei evangelia in manibus dicti procuratoris et insuper gaufridus feraudi de thoramino vicarius savilliani dominus ufredinus de bovixio judex ibidem et johannes martinus clavarius ibidem et bertranus quarterii notarius et ceteri officiales dicti loci juraverunt super sancta dei evangelia in manibus dicti procuratoris nomine et pro parte dicti domini ducis stipulanti deinceps eorum officia in dicta terra fideliter exercere. Actum savilliani subtus porticum ubi jus redditur testes fuerunt vocati dominus petrus falco miles dominus joannes michael judex maïor. Rursus anno et mense quibus supra die vigesima septima aprilis dictus dominus raynaldus de aquila procurator predictus accedens personaliter ad locum foyssani et convocatis ad eius presentiam jacobo de alaxia vicario dicti loci et domino jacobo elziario judice ibidem et isvardo bontosio clavario ibidem et ceteris officialibus dicti loci foyssani et eius districtus predictus dominus senescallus predictam donationem infeudationem in eiusdem notitiam universitatis amabiliter perduxit precipiens dictus dominus senescallus dicte universitati et hominibus

singularibus dicti loci et eius districtus ut eidem procuratori recipienti nomine dicti domini ducis et heredum et successorum suorum prestent hommagia et fidelitatis debite juramenta que universitas et singulares homines dicti loci parentes mandatis dicti domini senescalli dicto procuratori recipienti ut supra prestiterunt in forma predicta hommagium et fidelitatis debite juramentum super sancta dei evangelia in manibus dicti procuratoris corporaliter manutacta actum foyssani subtus porticum domus ubi jus redditur testes fuerunt vocati dominus johannes de michael judex major dicti comitatus dominus petrus falco miles gulielmus falco eius filius gulielmus layralis notarius. Item deinde anno et mense quibus supra die trigesima aprilis dictus procurator accessit ad locum clayrasci una cum prefato domino senescallo et evocatis ad sui presentiam domino hugone de cassano milite vicario clairasci domino donato tencapassa ibidem judice cotino de cotinis clavario thomasino merlo et petro testa notario dictus dominus senescallus precepit eisdem ut jurent super sancta dei evangelia se ab inde in antea nomine et pro parte predicti domini ducis eorum officia bene et fideliter exercere et eidem domino duci et successoribus eiusdem fideles existere qui predicti officiales ad sancta dei evangelia in manibus dicti procuratoris manutacta juraverunt eorum officia deinceps in dicta terra nomine et pro parte eiusdem domini ducis fideliter gerere et eisdem et successoribus eiusdem fideles existere deinceps et congregata universitate hominum dicti loci et districtus eiusdem et dicta donatione collatione seu infeudatione in notitia eorum perducta amabiliter per dictum dominum senescallum ipse dominus senescallus precepit eisdem hominibus universaliter et singulariter ut eidem procuratori recipienti nomine dicti domini ducis heredum et successorum suorum prestent hommagia et fidelitatis debite sacramenta qui predicti homines et omnes et singulariter pro se quilibet eidem procuratori recipienti nomine dicti domini ducis et heredum suorum in

manibus predicti procuratoris super sancta dei evangelia ab eis corporaliter manutacta prestiterunt hommagium et fidelitatis debite juramentum in forma superius designata actum clairasci in domo communis clairasci testes fuerunt vocati dominus joannes michael judex major dom. petrus falco miles gullielmus eius filius pontius de bellomonte et guliermus layralis notarius. Item anno quo supra die prima may accedentibus predicto procuratore et dicto domino senescallo ad civitatem albanensem vocatis ad se gulielmo augerio vicario dicti loci et domino stephano martini judice ibidem gulielmo bernardo clavario ibidem ruffino cerato jacobino de marcenasco et johannino provinciali notariis ibidem dictus dominus senescallus precepit eisdem ut jurent in manibus dicti procuratoris a modo dicta eorum officia nomine predicti domini ducis bene et fideliter exercere et eidem et successoribus eiusdem fideles existere qui dicti officiales juraverunt in manibus dicti procuratoris supra sacra dei evangelia ipsa eorum officia in dicta terra nomine dicti domini ducis fideliter gerere et eidem et heredibus et successoribus eiusdem fideles existere et congregata universitate hominum dicte terre et civitatis et eius districtus et sopradicta collatione donatione seu infeudatione per majestatem regiam facta in predictum dominum ducem et heredes et successores suos in notitiam per dictum dominum senescallum amabiliter perducta in possessionem corporalem dicte civitatis et districtus eiusdem cum omnibus juribus et pertinentiis suis et jurisdictionibus terris et castris villis et casalibus fortalitiis honoribus dignitatibus hominibus et vassallis auctoritate regia supradicta per vexillum regium induxit precipiens predictis hominibus omnibus dicte universitatis et eius districtus ut in manibus dicti procuratoris recipientis nomine quo supra prestent hommagia et fidelitatis sacramenta qui predicti homines omnes et singuli obbedientes mandatis dicti domini senescalli in manibus dicti procuratoris recipientis nomine quo supra et heredum et

successorum suorum hommagia fecerunt et fidelitatis sacramenta supra sancta dei evangelia per ipsos et eorum quemlibet tacta manu in forma superius declarata actum albe in domo communis ubi consilium fieri consuevit testes fuerunt vocati dominus johannes michael judex major dominus petrus falco miles gulielmus falco eius filius pontius de bellomonte domicelli dominus hugo de cassano miles et gulielmus layralis notarius. Item anno quo supra die quinta mady dictus procurator accedens cum predicto domino senescallo ad terram montisregalis evocatis ad se raymundo de baracio vicario dicti loci domino ogerio de valle judice petro mercerio clavario ibidem bressano ceva et anthonio barberia notario precepit eisdem dictus dominus senescallus ut jurent in manibus dicti procuratoris nomine dicti domini ducis recipientis de ab inde in antea nomine dicti domini ducis eorum officia fideliter exercere et eidem et suis successoribus fideles existere qui officiales juraverunt in manibus dicti procuratoris recipientis nomine quo supra deinceps eorum officia fideliter gerere nomine dicti domini ducis et eidem et successoribus suis fideles existere et deinde congregata universitate hominum dicti loci et districtus eiusdem et dicta donatione collatione seu infeudatione facta per majestatem regiam in dictum dominum ducem et heredes et successores suos per dictum dominum senescallum amabiliter in notitiam eorum perducta dictus dominus senescallus dictum procuratorem nomine et pro parte dicti domini ducis et heredum et successorum suorum in corporalem possessionem dicti comitatus cum omnibus juribus et pertinentiis suis ut superius est distinctum et dicti loci montisregalis et eius districtus per vexillum regium induxit precipiens dictus dominus senescallus omnibus hominibus dicti loci et eius districtus et eorum cuilibet ut eidem procuratori recipienti nomine quo supra prestent hommagia et fidelitatis sacramenta qui predicti homines omnes et quilibet pro se parentes mandatis dicti domini senescalli fecerunt hommagia

et fidelitatis sacramenta prestiterunt predicto procuratori recipienti nomine et pro parte dicti domini ducis et heredum et successorum suorum in forma superius declarata in manibus dicti procuratoris supra sancta dei evangelia ab ipsis corporaliter manutacta dicti vero procuratores protestati fuerunt quod predictam fidelitatem et hommagium receptam et receptum per eos nomine dicti domini ducis non intelligatur nec possit intelligi sublatum sive subductum quin ipsi prelati comites marchiones barones milites feudatarii universitates valvassores capitanei et alii cuiuscumque dignitatis existant sindici et procuratores quocumque nomine censeantur predicto domino duci presentialiter et personaliter faciant hommagia supradicta petentes de predictis omnibus et singulis ut supra fieri tria pubblica instrumenta tenoris eiusdem actum in monteregali subtus porticum domus in qua moratur vicarius testes fuerunt vocati dominus johannes michael judex major pedemontis dominus rostagnus de mayronis procurator dicti comitatus dominus petrus falco dominus hugo de cassano milites gulielmus falco et pontius de bellomonte domicelli et ego petrus tabellaria notarius pubblicus ab excellentissimo domino carolo secundo rege jerusalem et sicilie quondam felicis recordationis auctoritate litterarum subscriptarum quarum tenor talis est raynaldus de scalletta miles comitatuum provincie et forcalquerii senescallus petro tabellaria notario salutem et amorem sincerum comperto ex tui rellatione veridica te scripsisse notam fidelitatis et hommagii prestite et prestiti per marchionem saluciarum et alios marchiones vassallos et universitates comitatus pedemontis cuius note in mundum redigende curia regia presentialiter indiget in immensum volumus et tibi presentium tenore commitimus et mandamus quathenus ex dicta nota in formam pubblicam redigas instrumentum pubblicum unum non obstante quod exinde extraxeris alia publica documenta datum aquis per virum nobilem dominum bonifacium de farra magne curie regie magistrum rationalem

majorem et secundarum appellationum judicem comitatuum predicto die duodecimo julii none indictionis vocatus hanc cartam scripsi et signum meum apposui.

N. XXI.

Pace tra Filippo principe d'Acaia e Teodoro marchese di Monferrato.
1310. 26. *giugno.*

In nomine domini amen anno eiusdem millesimo cccx.° ind. viii. die xxvi. mensis junii in villa corsenbrandi in domo plebis dicti loci presentibus testibus infrascriptis dominus thomas de gabiano jacobus de excalenghis et guillelmus de ripayrolio arbitri et arbitratores et amicabiles compositores volentes predictas discordias ad concordiam reducere et finem debito terminare habito tractatu nedum semel imo multocies cum partibus supradictis et inter se ad inuicem vissis et auditis et diligenter examinatis hiis que proponebantur seu proposita fuerunt coram eis per partes superius nominatas uel procuratores earundem aut alios ipsarum partium nomine. Et vissis instrumentis compromissi facti per partes predictas et quamlibet ipsarum in arbitros et arbitratores predictos et vissis instrumentis prorogationum factorum per arbitros et arbitratores predictos ex auctoritate et bajlia dicti compromissi seu dictorum compromissorum et prorogationum et de voluntate et haprobatione partium predictarum de quibus compromisso et prorogationibus costat per publica instrumenta ut supra. Dei nomine inuocato pro bono pacis et concordie amicabiliter et de plano omnes et singuli hunanimes et concordes et in hac sentencia concurrentes dixerunt et pronunciaverunt difinierunt transigerunt et amicabiliter compossuerunt et arbitrati fuerunt per hanc sententiam de-

finitiuam et in scriptis ut infra primo quod bona pax firma et perpetua duratura fiat sit et esse debeat deinceps inter illustrem virum dominum philippum de sabaudia principem achaye pro se et suis vassallis hominibus subdictis et fidelibus ac locorum comunibus universisque choaiutoribus valitoribus et amicis dicti domini principis infrascriptis ex una parte et illustrem virum dominum theodorum marchionem montisferrati pro se et suis vassallis hominibus suditis et fidelibus ac locorum comunibus universisque choaiutoribus valitoribus et amicis dicti domini marchionis infrascriptis ex alia parte de omnibus et singulis discordiis inimiciis controuersis et rancurris offensionibus et querellis et omnibus dampnis datis personaliter uel realiter hinc inde comuniter uel singulariter per partes uel aliquam ipsarum seu per aliquam personam singullarem uel universitatem dictarum parcium et quod de omnibus et singulis predictis sit et fiat per predictos dominos marchionem et principem suis propriis nominibus quibus supra pax finis remissio et absolutio et plena quitatio hinc et inde pactibus et conditionibus infrascriptis videlicet quod predictus dominus princeps teneatur reddere et restituere dicto domino marchioni uel alteri eius mandato castrum villam jurisdictionem et homines leynici ibidem existentes intra VIII. dies postquam dicta pax ratificata et haprobata et jurata fuerit per dictum dominum marchionem pressente ipso domino principe et nichilominus in continenti facta ipsa retificatione ut predictum est dictus dominus marchio habeat coligat et percipiat pendentibus dictis VIII. diebus et ultra fructus redditus et prouentus castri ville loci jurisdictionis leynici. Ita et tali modo quod dictus dominus marchio redat dictis omnibus hominibus leynici suam bonam voluntatem atque remittat eisdem omnia illicite hinc retro comissa. Tota alia uero terra et omnia alia loca et castra et jura omnia pertinencia dicto domino marchioni uel marchionatui predicto in eisdem quam et que dictus dominus princeps cepit uel aquissivit seu in ipsum et

ad ipsius manum peruenerunt a tempore mortis domini johannis infrascripti marchionis montisferrati condam quam et que nunc habet tenet possidet uel quasi per se uel alium que essent uel fuissent domini johannis bone memorie condam marchionis montisferrati et dicti marchionatus remaneant penes ipsum dominum principem et heredes suos et successores suos et ipsa teneat et possideat sine contradictione dicti domini marchionis montisferrati uel alterius pro eodem. Tali modo quod si dictus dominus marchio dederit et soluerit ipsi domino principi uel eius procuratori per ipsum specialiter ad infrascripta recipienda deputato quinquaginta milia florenorum boni auri et boni ponderis et lige infra quinque annos proximos subsequentes a die haprobationis pressentis sentencie seu compositionis et sentencie facte per predictos dominos principem et marchionem cum juramento teneatur dictus dominus princeps reddere et tradere et restituere dicto domino marchioni et heredibus suis et successoribus uel alteri eius mandato totam predictam terram et omnia loca villas et castra cum omni jurisdictione et pertinenciis eorundem quam et que cepit uel aquissivit idem dominus princeps per se uel alium a tempore mortis dicti domini marchionis johannis citra tantum que esset uel fuisset dicti domini johannis uel marchionatus montisferrati tantum. Claussis vero seu preteritis predictis quinque annis si infra tempus predictum solutio predicta eidem domino principi facta non fuerit per dictum dominum marchionem uel alium eius nomine tota predicta terra loca ville et castra cum omnibus hominibus ibidem existentibus et cum omnibus jurisdictionibus et rationibus pertinentibus ad ipsa loca uel aliquod ipsorum mero et misto imperio et omnimoda jurisdictione pertineat ad dictum dominum principem pleno jure et eius sint ex causa pronunciationis transationis et conuentionis predicte et pro bono pacis et concordie firmiter obtinende. Item quod omnes domini et homines castiglionis bozolini et sancti rafaelis habentes possessiones aliquas in

burgo gasseni uel posse possint libere et impune extrahere omnes fructus redditus et prouentus quos habent uel de cetero habebunt in ipsis terris et possessionibus de campis vineis pratis et nemoribus et ducere ad eorum castra et domos ad eorum plenariam voluntatem. Et e conuerso homines de gasseno de fructibus redditibus et prouentibus quos habent uel de cetero habebunt in locis et finibus castilionis bozoleni et sancti rafaellis facere possint illud idem soluendo et faciendo hinc et inde in dictis locis ea que soluere consueti sunt et facere dominis et comuni dictorum locorum. Item quod facius gastaldus de brandicio et eius filius ardiconus et alii de eorum hospicio sint liberi et quitati de omnibus banis penis in quibus esse reperirentur in curia clavaxii uel alibi pro domino marchione quacumque de causa et quod ipsi et quilibet eorum habeant et recuperent ex nunc eorum omnia bona res et possessiones et jura in clauaxio brandicio et alibi ubicumque. Item quod omnes banniti de gasseno et sancto raffaelo extrahantur de banis in quibus sunt et godiant deinceps bona et possessiones eorum ubicumque habeant causa aliqua non obstante faciendo dominis et comunibus ea que sunt solita redi et fieri per eosdem coaiutores valitores et amici dicti domini principis de quibus supra fit mentio sunt hii primo omnes de hospicio sabaudie et homines et terra ipsorum comune ast et omnes de solario de ast et alii de ast de eorum parte comune et homines karii liga civitatum lombardie et omnes et singuli alii qui tempore pressentis guerre fuerunt in seruicio domini principis supradicti quoquomodo offendendo contra ipsum dominum marchionem uel aliquem de eius parte coaiutores valitores et amici dicti domini marchionis de quibus supra fit mentio sunt hii primo dominus comes philipponus de de languscho comune papie dominus opecinus spinolla de locullo et secaces ipsius comunia et homines mediolani et comunitatum novarie vercellarum et casallis sancti vaxii et omnes alii de liga lumbardie et omnes et singuli alii qui

tempore pressentis guere fuerunt in seruicio domini marchionis supradicti quoquo modo contra ipsum dominum principem uel aliquem de eius parte. Item quod omnes carcerati qui detinentur ex utraque parte cepti per gueram et occasione guere que erat inter dictas partes et quamlibet ipsarum debeant ab ipsis carceribus liberaliter expediri soluendo expensas quas fecerunt per comestionem et gardis competentibus sicut taxate fuerunt per jacobum de ripa alba et eo salvo quod vercius gramagnus remaneat bannitus postquam rellaxatus fuerit libere a tota terra marchionis sicut erat tempore cautionis eiusdem et quod petrus gramagnus sit bannitus de terra domini principis supradicti eodem modo. Ceterum predicti arbitri et arbitratores pronunciarunt et ordinarunt quod predicti domini marchio et princeps predicta omnia et singula approbent ratificent et confirment eaque attendere et obseruare jurent ad sancta dei euangelia tacta corporaliter ab eisdem infra VIII. dies proximos venturos et quod promittant soluere hoc est pars non obseruans parti obseruanti penam in compromisso predicto contenta si aliqua ipsarum parcium facerent uel uenient contra ea que superius continentur uel aliqua ex eisdem. Insuper predicti arbitri et arbitratores retinuerunt in se plenam et plenissimam potestatem dicendi iterum pronunciandi interpretandi et declarandi inter predictas partes et super predictis si aliqua oscuritas uel contentio horietur et aliter prout ipsis arbitris et arbitratoribus expedire videbitur semel et pluries et eciam quandocunque.

Acta fuerunt predicta ut supra pressentibus testibus venerabilibus dominis humberto dei gratia abate fructuariensi bernardo preceptore domus sancti anthoni de riuersso bertholoto de baudisseto priore de pago guillelmo de montebello milite vieto de choconato et villelmo prouana conrado pelluco guillelmo de cignino jurisperitis et caberto de lucerna jacobo de palacio et robrido de ripalta testibus ad hoc vocatis.

N. XXII.

Il comune di Carignano è affrancato dal principe Filippo.
1310. 15. *dicembre.*

In nomine domini nostri yhu xpi amen. Anno domini millesimo CCC. X. indictione VIII. die XV. decembris. Actum in pinarolio in pressencia testium infrascriptorum videlicet domini hugoni de ruppecula millite et domino octone de melioreto et domino johanino de bonino jurisperitis de pinarolio vieto notario et hanrieto prouana de carignano testium ad infrascripta vocatorum. Quum sacra religio et legalis sanxit auctoritas ut subiecti retributiones mercantur ydcirco illustris et magnificus vir dominus philippus de sabaudia princeps achaie dominus pedemontis conssiderans et adtendens seruicia sibi suisque predecessoribus a suis subditis et fidelibus comunis et hominibus hominum locii carignani exhibita temporibus retroactis et que in futurum ab ipsis habere intendit et ad hoc ut dictus locus carignani augmentetur et ut seruicia dicto domino et suis successoribus a dictis hominibus et comuni carignani prestanda augmententur ad honorem dey et beate virginis marie beati johannis baptiste et sancti remigii beate marie magdalene et beati confessoris sancti martini sub quorum protectione locus carignani consistat pro se et suis heredibus ex una parte et florius prouana et guillelmus de aychina de carignano sindaci comunis et uniuersitatis hominum de carignano ad infrascripta facienda et complenda ex altera de dicto sindicatu aparet per publicum instrumentum factum eodem anno et indictione die . . . de voluntate et consenssu domini petri prouana jurisperiti thome prouana jacobini de pauchapalea guglielmi bonaterii johannis porconerii guglielmini tauani et manfredi de ansselmo de carignano habentium bayliam de predictis ad consilio generalium dicti

comunis carignani ut patet per cartam inde factam talia pacta et conuenciones perpetuo duraturas ad inuicem et una pars alteri et altera alteri nomine et vice comunis et uniuersitatis hominum carignani et omnium et singularum personarum ibidem in carignano uel posse habitancium uel qui in futurum habitabunt in carignano uel finibus seu territorio locii eiusdem fecerunt ut infra in primis idem dominus phelipus de sabaudia princeps pro se et suis heredibus per remixionem et pactum expressum perpetuo duraturam et duraturum remixit ex certa scientia prout melius potuit et sanius et firmius potest inteligi predictis florio prouana et guillelmino de achina sindicis supradictis et mihi ardicioni de albrieto notario infrascripto ut persone publice pressentibus et stipulantibus et retinentibus nomine et vice uniuersitatis et comunis carignani et omnium singularum personarum ibidem habitancium et qui in futurum habitabunt ibidem uel posse omnes successiones et omne jus succedendi quod habet uel habere videtur uel ussus est habere ipse dominus phelippus de sabaudia uel eius antecessores quocumque modo de jure uel consuetudine excerta uel non excerta in aliquibus personis morientibus uel qui mori possent uel moriantur de cetero in carignano uel posse uel extra locum uel posse carignani dum tamen illa persona esset de carignano horigine propria uel patria uel habitamento cum testamento uel ab intestato uel in aliquibus rebus mobilibus uel immobilibus juribus quibuscumque feudalibus inphiteoticariis uel alio quocumque nomine censeantur in carignano uel jurisdictione uel posse ipsius locii existentibus uel qui pro tempore existerent ibidem ita et eo modo quod de cetero omnes persone in carignano uel posse habitantes uel qui in posterum habitabunt in dicto loco uel jurisdictione carignani possint et heis et quilibet ipsorum licitum sit libere testari et quocumque voluerint ultimam condere uoluntatem et aliter in uiuos etiam quoquomodo uoluerint alienare de bonis et

rebus suis omnesque res suas bona jura et actiones in totum uel in partem que et quas habebant uel habere poterunt siue habebunt in carignano uel posse libere alienare quocumque titulo et quocumque modo volluerint non obstante aliqua consuetudine uel jure aliquo quam uel quod usque ad hodiernam diem habet uel habuit dictus dominus princeps siue eius predecessores succedendi in carignano uel posse seu territorio ymo persone que moriantur ab intestato in posterum in carignano uel districtu uel eciam extra carignanum uel posse suscedant uenientes ab intestato secondum leges et jura romana eo saluo quod si contingeret aliquam personam extraneam in carignano uel posse mori ab intestato et non abent ibi persona que ei de jure possint uel debeant succedere illo casu castellani qui pro tempore fuerint in carignano bona ipsius persone de fonte extranee escribi carte faciat pressentibus duobus hominibus legalibus et prouidis a conssilio de carignano electis quibus dicta bona tradentur ad custodiendum eo modo quod si aliqua persona infra annum et diem aparuerit que prebet summarie et de plano et sine libello et sine aliquibus intencionis dandum arbitrio dictorum duorum bonorum hominum attinere dicte parte extranee in gradu legitimo quod dicta bona per dictos duos bonos homines ey restituent et reddent. Si infra dictum annum et diem aliqua persona non aparuerit que dicat dicte perssone extranee attinere eo caussu dicta bona dicto domino principi uel eius castellano reddentur et restituentur.

Item per pactum expressum ibidem et incontinenti apossitum et stipulatione vallatum dictus dominus princeps per se et suos successores remissit dictis sindicis et mihi dicto notario recipientibus et stipulantibus nomine quo supra omnes laudationes terciam vendicionem acozamentum afaytamentum inuestitura seu policitacionem et breuiter omne ius et caxi quod habeat uel quoquomodo abere videtur uel petere posset petendi percipiendi uel leuandi uel uen-

dendi siue exigendi ab aliqua persona in aliquibus possessionibus uel occasione aliquarum possessionum seu rerum immobilium sitarum uel jacentium in carignano et territorio uel posse locii eiusdem aliqua racione uel caussa comissa siue comittenda siue sint feudale siue ephiteoticharie libellarie uel caussuales uel eciam villanne uel alie quocumque nomine censeantur et cuiuscumque conditionis sint uel fuerint ipse res racione uel ocaxione laudamenti tercie vendicionis aconzamenti afaytamenti inuestiture uel recognicionis uel inuestiture non petite uel facte uel fidelitatis non facte uel faciende uel occaxione fontis uel census non soluti uel occaxione alicuius vendicionis permutationis uel alienacionis quocumque modo facte uel faciende in futurum inter aliquas personas de rebus aliquibus seu possessionibus jacentibus in carignano seu territorio ipsius locii ita et tali modo quod quelibet persona in carignano uel posse habitantes uel in posterum habitatura ibidem possit deinceps emere vendere legare donare obligare in solutum dare et in aliam personam quam voluerint quoquomodo transfferre et quoquomodo et titullo aquirere alienare et permutare in qualibet persona ad suam liberam voluntatem omnes et singulas possexiones suas quascumque seu res immobiles cuiuscumque generis sint uel esteterint seu fuerint et cujuscumque persone sint uel fuerint comunia que bona sua et jura et caxi et actiones que et quas abet abeat uel teneat in carignano uel posse in posterum abebit libere et absolute absque omni exactione et honere realli uel personali uel misti percecione laudi tercii acozamenti seu afitamenti siue investimenti et sine scientia uel requisicione uel licencia uel parabolla ipsius domini principis uel suorum successorum uel alicuius nuncii uel castellani eo modo et forma qua predicte res et bona etiam si comunis et uniuerssitatis hominum carignani existant de cetero et in perpetuum et earum possessores sint libere et liberi et immunes a prestatione omnium predictorum et eciam omnium fitorum seu debitorum sive censuum

in pecunia pullis quibuscumque rebus consistencium saluis fictis annualibus in grano tanto consistentibus et decimis quintis cartis terciis uel medietatibus dexenis baldorum que et quas seu quos idem dominus princeps habet ad pressens in carignano uel posse que et quas precipue possit tantum a possessoribus rerum ipsarum que tamen cum dicto onere suo possim libere et assolute a possessoribus alienari vendi dari permutari quocumque titulo seu modo ad voluntatem possessoris ipsius rey sine scientia uel requisitione uel licencia uel consensu seu auctoritate dicti domini principis et suorum ut supra predictis tamen remissionibus et concessionibus in sua firmitate ut supra perpetuo duraturis saluo et sane intellecto quod pro abitante et abitatore dicti loci carignani abeat quelibet persona que in dicto loco uel jurisdictione seu territorio carignani abet domum uel in futurum abebit uel ibidem abitat uel abitabit in posterum per se uel alio licet in domo aliena et saluo sane et exceptato quod possessiones seu res immobiles personarum extranearum in carignano uel posse ut supra non abitancium uel que non sint orte de carignano origine propria uel paterna per premissa uel aliquod premissorum dum ea stenuerit talis persona extranea non intelligatur seu intelligi debent libere seu franque sed dum ea stenuerit sint in eodem statu et condicione quo et qua erant ante premissa nixi contingeret dictam personam extraneam venire abitare in carignano uel posse uel nixi pro abitatione aberent ut supra dictum est uel contingeret dictam personam extraneam possessiones suas predictas seu res immobiles alienare in personam aliquam de carignano uel ibi uel posse ut supra abitantem quibus caxibus res predicte omnino libere sint et franque et possessores earum ad pelum et prout dictum est supra et de alis rebus omnium abitancium in carignano uel posse eo modo quo postquam libere et franque fuerint possint a possessoribus earum libere alienare in quacumque persona voluerint ut supra dictum est. De alis rebus hominum

abitancium in carignano uel posse seu territorio et quod eo casu quo extranea persona alienaret in personam abitantem in carignano uel posse ut supra dictum est nichil omnino dari debeat uel prestari domino principi supradicto uel alicui nuncio suo uel suis successoribus occaxione laudacionis acozamenti tercie vendite uel etiam affitamenti nec etiam aliquod fictum uel censsum in eis petere uel abere nixi esset fictum grani ut supra dictum est consuetum et prouisum et tantummodo petere possit et abere et non ultra et non aliquod aliud fictum possit petere percipere uel abere ulomodo in carignano uel posse dictus dominus princeps uel sui heredes seu aliquis alius eius nomine uel pro eo sed penitus omnia et singula alia ficta ad dictum principem pertinentia in carignano uel posse perpetuo deinceps sint casa excepto dicto ficto grani.

Item remixit dictus dominus princeps pro se et suis heredibus dictis sindicis et mihi notario infrascripto recipientibus et stipulantibus ut supra albergariam et omne jus quod abet uel abere videtur uel abere posset seu percipere et petere uel exigere ab aliqua persona in carignano uel posse habitante uel qui in futurum abitabit ibidem occaxione dicte albergarie uel fodri uel quocumque alio nomine apelent per homagium uel alio modo ita quod de cetero persone de carignano uel ibi abitantes consuete soluere dicto domino principi uel suis nunc dictam albergariam fodrum fictum uel homagium a predictis albergaria fodro et homagio et ficto ut supra et ab omni exactione ipsorum sint perpetuo libere et immunes per se et suos successores taliter et eo modo quod omnes et omnia singule et singula albergare et ficta dicti domini principis in carignano ut supra cassa sint et irita.

Item dictus dominus princeps dicto nomine per pactum expressum in continenti appositum et estipulatum vallatum dedit et concexit dictis sindicis et mihi notario infrascripto recipientibus ut supra quod quelibet persona de carignano

uel ibi habitans uel qui in futurum abitabit ibidem ut supra que teneat aliquam rem immobilem domum terram pratum nemus uel quamcumque aliam possessionem immobilem uel ceram fictum censum feudum uel quodcumque aliud jus a marchionibus romagnani uel habentibus caussam ab eis uel ab altero ipsorum videlicet a domino thomayno de romagnano uel a domino calea de grozano siue de prarolmo siue a domino fulcheto de bersatoribus uel a quocumque alio nobille uel a quacumque alia persona in carignano uel posse seu territorio locii eiusdem posit et ei licitum sit libere et absolute sine auctoritate et consensu licentia ipsius domini principis uel alicuius sui nuncii et sine eius scientia et requisicione aliqua inuestitura uel recognicione facienda uel petenda et sine aliquo acozamento siue afaytamento seu tercia vendicione dictum fictum siue censsum et feudum euincere et quocumque modo et titullo voluerint aquirere et dictas res et posixiones quas tenet a predictis uel aliquo predictorum franquentare et liberas facere et ex nunc quantum ad ipsum dominum principem et eius successores dicte res quas tenent a predictis uel ab aliquo de illis quas principaliter tenent ab ipso domino principe et eciam quod si . . . . . comuni carignani de predictis rebus et juribus et de sucexione quam abebant predicti nobiles et alii in rebus quas ab eis tenent uel in eorum hominibus se se concordare cum illis et dicta jura aquirere quod hoc licenter facere possint sine consensu et auctoritate sine licentia uel scientia domini principis supradicti uel alicuius sui nuncii et sine aliquo acozamento siue afaytamento eo modo quo postquam dicta jura a predictis uel aliquo eorum aquisita essent quod dicte res esistant libere et franche ut supra et insuper quod si aliquo casu segnoria et jurisdictio predictorum uel alicuius eorum deueniret ad manus siue ad segnoriam ipsius domini principis quod in continenti omnes res immobiles jura ficta et feuda que venissent ad segnoriam ipsius domini principis sint libere perpetuo et franche

et de illis fieri possit ut de alis supra dictum est libere et absolute et eciam quod ipse dominus princeps uel eius successores per se uel sub immissam personam non possit de cetero in perpetuum emere abere uel inquirere aliquo ingenio seu modo aliquo fictum censsum fodrum feudum uel quodcumque aliud jus in carignano uel posse ab aliquo predictorum nec ab aliqua alia persona nec etiam in fine sabioni nec aliquo modo seu titulo aquirere uel abere preter segnoriam quam abebant predicti de romagnano et alii supra dicti de carignano videlicet in balnis pedagiis furnis et molandinis aquaticis et pasquaticis et si secus facerent quod in continenti omnes res que existant de dicto aquisto sive segnoria existant libere et franque et possessores earum imunes ab omnibus supradictis perpetuo et quod eas possint libere et absolute alienare ut supra ad eorum liberam voluntatem sine licencia sciencia uel consensu ipsius domini principis uel alicuius sui nuncii et sine aliquo acozamento prestando ficto uel censsu fodro homagio uel quocumque alio onere imponendo ut supra. Eo saluo quod non possint aquirere predicti homines seu comune carignani in casu..... jurisdictionem ab aliquo condominis carignani modo aliquo seu caussa aliqua absque consensu et voluntate principis.

Item pactum fuit in continenti apositum inter partes predictas stipulatione valatum quod dictus dominus princeps uel eius successores per se uel aliam submissam personam non possint uel debeant deinceps aliquo tempore aliqua de causa comissa uel comitenda ingratitudinis fidelitatis non facte investiture non prestite uel facte debite uel indebite ficti non soluti uel acozamenti uel censeriis non prestiti seu aliqua alia ratione uel causa aliqua persona de carignano uel ibi habitantem uel qui pro habitante habeatur ut supra molestare uel apelare uel impedire de predictis aliqua ocaxione uel quacumque alia de aliqua posexione siue re immobili siue de ficto aliquo uel feudo excepto ficto grani ut supra sed a modo dicte res omnia ficta censsus et feuda

a possessoribus libere teneantur perpetuo ut supra quoquomodo ipse res per predictum dominum principem uel predecessores suos uel eorum nomine seu castellanos date concesse uel investite fuerint per tempora retroacta et cuiuscumque condicionis uel generis sint ipse res excepto et reseruato eydem domino principi omni suo jure et quaxi quod habet in fine vallis surde et posse ipsorum ipsius finis.

Item pactum fuit inter eos quod predicta uel aliquod predictorum non fiet aliquod preiudicium nobilibus uel popularibus de carignano uel ibi habitantibus uel habitaturis in posterum in ceteris eorum bonis consuetudinibus juribus et franchisiis et libertatibus in eorum fictis feudis et fidelitatibus et sucexionibus terciis et acozamentis et aliis rebus et juribus sed sit eis et quilibet de carignano uel ibi habitanti saluum et integrum omne jus suum si quod habet uel habere ussus est contra quamcumque personam de carignano uel de foris tam occaxione rerum feudalium inphiteoticarum quarumcomque aliorum jurium saluo et excepto quod de cetero dictus dominus princeps uel eius successores uel aliqua persona de carignano uel de foris non posit in perpetuum de nouo infeudare libellare uel . . . . . teosim concedere perpetuum uel eciam ad longum tempus ultra decem annos alicui persone de carignano uel de foris aliquam rem immobilem siue posexionem . . . . . nomine censeatur neque deinceps in perpetuum aliquod feudum siue fictum successionem terciam vendicionem siue acozamentum fodrum uel taleam siue a . . . . . seruitutem aquirere quoquomodo ab aliqua persona de carignano uel de foris contra uel aduerssus aliquam personam de carignano uel ibi pro tempore habitabit et si secus factum fuerit non valeat sed illa persona contra quam illud pactum fuerit sit ipsa et res de qua predicta aquisicio facta fuerit libera et ab omni conditione et seruitute immunis saluo misto et mero imperio et jurisdicio in fine vallis surde ut supra et prato seu pascho sabioni infrascripto.

Versa vice predicti sindici et dicti sapientes ex baylia eis concessa a generali consilio comunis carignani de qua constat per publicum instrumentum factum etc. et nomine et vice dicti comunis et uniuersitatis carignani pro remissionibus et concessionibus predictis eis a dicto domino principe factis ut supra et pro recumpensatione supradictorum promiserunt ipsi domino principi presenti et pro se et suis heredibus recipienti eydem dare et soluere perpetuo omni anno in carignano uel suo certo nuncio usque ad festum omnium sanctorum libras C. denariorum bonorum vianensium monete tempore solucionis faciende curentis et espendibilis per terram pedemontis ipsius domini principis que libre C. vianenses eydem soluent omni anno usque ad dictum festum per dictum comune per capita domorum secundum quod ordinatum fuerit per quindecim sapientes ad hoc ellectos per consilium generale comunis carignani et ordinacione quam facient predicti quindecim sapientes et maior ipsorum teneantur et debeant taliter ordinare quod dictus dominus princeps et eius successores perpetualiter omni anno usque ad dictum festum integraliter dictas libras C. vianenses habeant et ei soluent ut supra et non minus et sine aliquibus . . . . . faciendis per ipsum dominum principem uel suos nuncios pro dictis libris C. vianensibus excuciendis uel abendis termino supradicto comodo quo a dicto termino in antea dictus dominus princeps uel suus castellanus siue nuncius possit comune carignani costringere, ad solucionem sibi faciendam de dictis libris C. vianensibus et personas singulares constringere cum pena carti pulis ad soluendam quantitatem sibi impositam secondum ordinacionem factam siue faciendam a XV. sapientibus supradictis uel maiori parte ipsorum dictis concesionibus et remisionibus et libertatibus a dicto domino principe concessis semper in sua firmitate manentibus. Igitur et in supra dicti sindici et dicti sapientes dicto nomine dederunt et concesserunt dicto domino principi presenti et pro se

suis heredibus recipienti in recopensatione predictorum beneficiorum eis a dicto domino principe concessorum ultra dictas libras C. totum et omne ius quod comune et uniuersitas carignani abebant et abere et tenere ussi sunt in quodam pratto seu pascherio quod apellatur paschum sabioni comunis carignani jacente in fine sabioni ultra paudum cui coheret et practa sabioni et practa sortariorum hominum carignani eo modo et forma quo comune carignani non tener . . . . dicto domino principi uel suis heredibus de euictione dicti paschi seu prati neque ad restitutionem estimacionis ipsius siue reditus uel ipsius paschi ilud eydem defendere in iudicio uel extra ab aliqua persona uniuersitate uel colegio personarum nixi sicut boni homines et fideles juuare debeant suum bonum dominum contra quamcumque personam que velet ey inferre molestiam violentiam uel grauamentum quo cassu ad dictum paschum defendendum et manutenendum comune carignani de eorum personis teneantur et debeant eorum posse eydem domino principi et suis heredibus dare et prestare omne consilium auxilium et iuuamen ita tamen et eo modo quod dictum paschum semper sit et esse intelligatur in custodia et castalania et camparia carignani.

Item dicti sindici et predicti sapientes dicto nomine concesserunt et concesserunt ex baylia predicta eis data a consilio generali comunis carignani dicto domino principi quod ipse dominus princeps uel eius castellanus possit facere suam voluntatem et uendere et donare uel concedere cui voluerit gabellam ludi tasilorum carignani consuetam. Que omnia et singula suprascripta predictus dominus princeps pro se et suis et dicti sindici et sapientes nomine dicti comunis sibi ad inuicem etc.

Et sic ego johannes filium quondam ardicionis de albreto de carignano imperiali auctoritate notarius ex comissione mihi facta a consilio comunis carignani de mandato domini guigonis de ponte castellano carignani prout in protocollo

non viciato olim dicti ardicionis patris mey notarii publici de carignano inveni ita fideliter hoc instrumentum ita escripssi et in publica forma redegi.

N. XXIII.

Memoriale del principe Filippo all'imperatore Enrico.

Memoriale eorum que supplicata fuerunt et proposita coram serenissima maiestate per ambassiatores domini philippi de sabaudia principis achaye.

Primo super eo quod celsitudo imperatoria non bene contentari videtur de principe predicto ex eo quod ciuitates papie et vercellarum quas sibi commiserat deuenerunt ad manus rebellium imperii proposuerunt dicti ambassiatores et adhuc proponunt quod malum seu preiudicio quod uel quam fecerunt ciuitates predicte fecerunt absque tractatu consciencia et voluntate principis predicti et cum peiori inimico quem dictus princeps habere possit in orbe terrarum. Et de hec fuit et est magis dolens quam si ciuitates predicte fuissent sue proprie tum propter honorem imperatoris tum propter id quod idem princeps inde consequtus est maius dampnum post dominum imperatorem quam omnes alii homines de mundo. Et ipse princeps in nulla culpa est de proditione quam fecerunt dicte ciuitates quia nunquam intulit eis aliquod grauamina propter que ad predicta facienda mouerentur ipse autem pro meliori custodia dictarum ciuitatum acceperat de utraque ciuitate plures obsides et meliores tocius terre quos adhuc habet et detinet ad honorem domini imperatoris. Et non erat verisimile quod illi qui remanserant in ciuitatibus attemptarent facere proditiones predictas volendo dimittere tot et tantos amicos suos in carceribus principis predicti.

Item deposuerunt querimoniam contra comitem warnerium qui cum multitudine armatorum suorum insultauit dictum principem ad domum suam quam inhabitabat in vercellis occasione cuius insultus plures homines eiusdem principis fuerunt ibidem interfecti vulnerati atrociter et percussi. Idemque princeps et eius comitiva gravissimis periculis et offensionibus afflicti et spoliati fuerunt uniuersis et singulis bonis et rebus suis que pridem habebant videlicet equis vestibus pecuniis et singulis jocalibus et aliis garnimentis eorundem que omnia extimant decem milia florenorum et ultra. Quare super predictis supplicauerunt et adhuc supplicant quod imperatoria benignitas dignetur super predictis emendam congruam facere fieri ut decebit eo maxime quia predicta contigerunt et sic injuriose facta fuerunt dicto principi existenti in seruitio dicte majestatis et obedienti in omnibus et ultra comiti warnerio predicto.

Item supplicaverunt et supplicant quod imperialis clementia dignetur prouidere dicto principi super facto regis roberti et fratris sui qui ipsum tenet exeredatum de principatu achaye secundum tenorem literarum quas placuit concedere principi predicto.

Item quod dignetur dicto principi satisfacere de octo milibus florenorum in quibus tenetur occasione stipendiorum suorum et gentis sue pro seruitio exhibito per eundem domino imperatori ante brixiam et per alia loca lombardie.

Item supplicauerunt et supplicant quod dominus imperator dignetur et velit quod idem princeps possit consequi et habere illud quod sibi debent ciuitates papie et vercellarum quando velit quod ponat in manibus alicuius persone obsides quos detinet de civitatibus predictis.

Item supplicauerunt et adhuc supplicant ex parte domini ludouici de sabaudia quod imperialis clementia dignetur prouidere in satisfaciendo eidem domino ludouico de eo in quo sibi tenetur occasione stipendiorum suorum et gencium suarum pro tempore quo stetit rome et alibi in seruicio

domini imperatoris predicti quod debitum ascendit ad summam viginti millium florenorum et ultra.

Item quod placeat dicto domino imperatori facere assignari et assetari dicto domino ludouico mille et septingentos florenos auri de redditibus annuatim et trescentos florenos pro milite suo domino berlione rivoire quos benignitas imperialis graciose contulit eidem domino ludouico et placeat sibi facere tale assetamentum et in tali loco quod dictus dominus ludouicus exinde possit seruire domino sic fideliter et congrue ut decebit quia dictus dominus ludouicus et assignamentum dicte gratie et solutionem dicti debiti intendit incontinenti resiuadere in exibitionem sui personalis seruicii domino imperatori per eundem continuo et personaliter exhibendi.

N. XXIV.

Dedizione del comune d'Ivrea al conte Amedeo V.
1313. 24. *settembre.*

In nomine domini amen anno incarnatione ejusdem M. CCC. XIII. indictione XI.ª die XXIII.º mensis septembris. In castro aviliane presentibus testibus inferius avocatis ibique per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter quod cum serenissimus dominus henricus dei gratia romanorum imperator illustri viro affini et principi suo carissimo domino amedeo comiti sabaudie et in ytalia marchioni pro se et heredibus suis comitibus sabaudie recipienti donasset in feudum ut dicitur ab imperio tenendum civitatem yporedie cum omnibus ipsius civitatis pertinenciis et appendenciis et ceteris juribus ipsius civitatis et pertinenciarum una cum misto et mero imperio et omnimoda jurisdictione et ceteris juribus in eadem civitate et

pertinenciis eidem domino imperatori competentibus quoquo modo et animo transfferendi in eundem dominum comitem predictorum utile dominium et congruam possessionem se predicta omnia et singula nomine ipsius constituisse possidere donec ipsam possessionem uel quasi possessionem corporaliter accepisset. Quam accipere imperiali auctoritate posset quancumque de ipsius domini comitis precederet voluntate essetque de voluntate nobilium virorum dominorum de solerio civium dicte civitatis et eis adherencium bonum statum ipsius civitatis mediante dicti domini comitis dominio ut convenit desiderencium quod ipse dominus comes predicta eidem ut supra donata haberet limitata ordinata et restricta modis et condictionibus infrascriptis quas observare promiteret et juraret pro ut idem dominus comes asserebat. Est quod ipse dominus comes ut dicebat volens eisdem dominis de solerio eisque adherentibus et ceteris de yporedia pro viribus complacere promissit et juravit corporaliter ad sancta dei evangelia mihi notario infrascripto ut persone publice recipienti vice et nomine ipsorum dominorum de solerio et eis adherencium nec non comunis et universitatis yporedie et omnium aliorum quorum interest intererit aut interesse poterit ipsos modos et condiciones facere adtendere et inviolabiliter observare unicuique pro ut ipsius singulariter aut universaliter interesse reperietur sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum restitucione dapnorum expensarum et interesse litis et extra. Modi autem condictiones limitationes seu strictiones sunt ut infra. Primo quod ipse dominus comes per se suosque heredes habeat et habere contentus sit ipsam civitatem territorium et districtum cum mero et mixto imperio et omnimoda jurisdictione bannis pedagiis et gabellis presentibus et ceteris proventibus solitis ad comune yporedie pertinere videlicet ratione meri et mixti imperii et jurisdictionis pedagiorum et gabellarum et non alia ratione exercitu et cavalcata ut supra videlicet CC. clientum suficienter munitorum in servicio ipsius domini

comitis in terra sua citra montes et eciam extra terram suam per X. miliarum singulis annis per spacium unius mensis morancium expensis ipsorum de yporedia si dominus comes sabaudie aut ejus filius personaliter in ipso exercitu vel cavalcata fuerint. Et si ipse dominus comes aut ejus filius in ipso exercitu vel cavalcata non fuerint ipse dominus comes et ejus familiares C. clientum per unius mensis expacium seviencium ut supra numero sint contenti. Et pro predictis et de predictis se intantum teneat pro contento de omni jure sibi competenti ratione prenominate concessionis in dicta civitate quod amplius aliquid ab ipsis civibus et eorum successoribus exigere non possit nisi quantum ex suprascriptis vel infrascriptis comprehendi vel colligi potest. Item quod homines yporedie possint eligere singulis annis et alias quandocumque sine vicario ipsos esse contingeret tres probos viros de terra ipsius domini comitis sibi fideles causa habendi unum ex ipsis in vicario et quod dominus comes eidem comuni et hominibus yporedie unum ex ipsis tribus quem maluerit constituere et mitere in eorum vicario teneatur una cum uno socio sufficienti et duobus bonis judicibus et ceteris familiaribus necessariis ad officium vicarie predicte exercendum habentibus ab ipso domino comite pro salario et nomine salary singulis annis sex centum libras. Insuper item quod predictus dominus comes et sui teneantur predictas facere et solvere non solum dictas VI.^{C} libras sed etiam ceteros sumptus necessarios ad regimen ipsius civitatis faciendum et exercendum. Item quod vicarius judices et ceteri officiales qui in ipsa civitate fuerint jurent ad sancta dei evangelia in introitu regiminis ipsam civitatem et homines merum et mixtum imperium et omnimodam jurisdictionem exercere secundum formam statutorum factorum et faciendorum per comune yporedie que statuta facere possint more solito salvo semper omni jure ipsi domino comiti et heredibus competenti secundum suprascripta vel infrascripta et ipsis statutis de-

ficientibus secundum jura comunia et bonas consuetudines ipsius civitatis. Item quod dominus comes teneatur omnia jura que comune yporedie habere consuevit in piverono et palacio et alibi ubicumque defendere conservare et manutenere ad honorem et comodum omnium dominorum de solerio et comunis yporedie. Item quod dictus dominus comes teneatur et debeat manutenere et defendere dictos dominos de solerio et eorum amicos de yporedia in omnibus eorum possessionibus juribus et honoribus contra omnes personas et universitates et se regere de factis yporedie et esecurare de hominibus ipsius civitatis ad ipsorum conscilium et asenssum. Item quod dictus dominus comes teneatur dominum petrum domini amaldi de solerio juvare defendere et manutenere in omnibus honoribus jurisdictionibus et ceteris juribus suis castri et ville poderii et hominum suorum de baya quos ibi habet tenet et possidet vel quasi et facere et procurare bona fide et suo posse ne ipse dominus petrus et heredes sui molestantur in predictis ab aliqua persona colegio vel universitate. Item quod dictus dominus comes debeat et teneatur infra mensem postquam fuerit in yporedia et ante mensem si ante comode poterit facere destruy et destruy facere omnes portas et fortalicias quas fecerunt mersarii ipsorum dominorum de solerio supra stratis et viis civitatis yporedie non permitendo eciam ipsas fieri vel refici de novo fortalicias vero ipsorum dominorum de solerio debet ipse dominus comes et sui heredes permitere in eo statu in quo nunc sunt et si forciores per ipsos ad ipsorum voluntatem fortalicia autem ipse dominus comes non debet facere nec habere infra clausuras civitatis superioris nisi palacium comunis alibi autem ubi voluerit potest facere fortalicias ad voluntatem suam sumptibus ipsius domini comitis. Item debet dictus dominus comes juvare pro posse illos de palazio et bona fide ut fortes sint ad edificandum et munitiones faciendas ubicumque ipsi voluerint super territorium ipsorum. Item debet dictus dominus comes permitere quod

domini de valexia videlicet guillelmus et sui nepotes gotefredus et heredes quondam domini ardicionis et heredes quondam domini ardrici et domini de ponte sancti martini et de septimo et de castrouzone et eorum heredes et homines eorum possint de civitate et districtu yporedie extrahere et extrahi facere ducere et duci facere pro eorum usú bladum sal et quecumque alia vitualia ad voluntatem ipsorum sine solucione pedagii maletolte vel alterius exactionis vel scripti nisi unius denari imperialis pro scripto cujuslibet sestari qui inde extraheretur quod scriptum officiales qui super hoc fuerint dare teneantur habita solutcione dicti denari et quod ipsa vitualia que inde extraherentur sint pro eorum usu tantum credatur ipsorum et cuiuslibet eorum proprio juramento. Item debeat et teneatur dictus dominus comes facere et curare cum effectu infra menssem postquam habuit possessionem vel quasi dominy yporedie quod comune yporedie absolvet dominos de septimo ab omni jure quod habet dictum comune in castro et poderio septimi villarum et locorum et hominum ipsorum ubicumque sint et ab omnibus pactis conventionibus arbitramentis juramentis et obligationibus tam veteribus quam novis factis et contractis inter dictum comune yporedie et dominos de septimo si et sicut predicta precedunt de voluntate et conscilio dominorum de solerio. Item debet dictus dominus comes predictos dominos de valexia de ponte sancti martini de septimo et de castrouzone juvare defendere et manutenere in omnibus eorum juribus possessionibus et honoribus ubicumque et contra quascumque personas et specialiter ipsos dominos de castrouzone in pedagio castrouzonis sicut ipsum tenent et possident ut ipsum habeant in perpetuum teneant et possideant si predicti omnes ipsum dominum comitem juvare voluerint bona fide et legaliter in viribus suis yporedie manutenendis et defendendis. Item debet dictus dominus comes facere et curare quod comune yporedie servabit predictis dominis de valexia et de ponte sancti martini pacta et con-

ventiones que et quas habuit cum comuni yporedie. Item tenetur dictus dominus comes juvare et manutenere suo posse et bona fide dominum petrum de acelio et suos heredes contra comune et homines vercellarum in concessione sibi facta a domino imperatore supra conventionibus quas habet contra vercellenses. Item debet dictus dominus comes facere et curare suo posse et bona fide quod extimum dominorum de casteleto in quo sunt cum comuni yporedie de quo dicuntur esse gravati intra mensem postquam habuit possessionem vel quasi dicte civitatis reducetur ad conveniens secundum arbitratum gotefredi de septimo et gaspardi de castrouzone et ipsos in ipso existimo manutenere. Item debet dictus dominus comes abstinere ab omni acquissitcione quoquo modo vel titulo facienti de aliquibus juribus terris possessionibus domibus vel hominibus juribus vel jurisdictionibus in castro et poderio septimi in castro et poderio castrouzonis. Item quod ipse dominus comes et sui heredes in ipsis castris vel aliquo ipsorum vel aliis locis vel villis quas habent et tenent ipsi domini soli vel cum aliis consortibus ubicumque non possit aliquid acquirere vel habere juris vel proprietatis sine voluntate omnium consortium dictorum locorum. Item non debet dictus dominus comes aut sui heredes vel qui pro eo in yporedia fuerint compellere homines ipsorum dominorum juri parere in yporedia nisi ratcione delicti vel contractus ibidem facti si ibi reperiatur. Item non debet dictus dominus comes nec possit aut eius heredes vel officiales compellere dictos dominos de septimo aut de castrouzone fidelitatem vel homagium vel juramentum sequelle facere ipsi domino comiti comuni yporedie vel vicario nisi solum ipsos de septimo episcopo yporediensi et ipsos de castrouzone marchioni montisferrati quorum dicuntur esse vassalli. Item debet dare dictus dominus comes gotefredo de septimo et suis heredibus quodam pedagium quod nuper fuisse dicitur levatum in septimo per nuncium imperatoris si et in quantum fuerit de voluntate et conscilio

dictorum dominorum de solerio et sine injuria fieri poterit. Hec enim omnia et singula suprascripta magnificus vir dominus eduardus de sabaudia ipsius domini comitis primo genitus promissit et ad sancta dei evangelia corporaliter juravit jussu et voluntate dicti patris mi notario infrascripto ut publice persone recipienti nominibus quibus supra inviolabiliter adtendere et observare per se suosque successores. Et de predictis omnibus ego guillielmus de augusta dictus de dovio auctoritate imperiali notarius publicus interfui predictis et rogatus hanc cartam scripsi et signo meo signavi.

N. XXV.

Compromesso con arbitrato sulle pretese del principe Filippo d'Acaia intorno alle concessioni imperiali fatte al conte Amedeo V.

1313. 20. e 29. *ottobre.*

In nomine domini nostri jesu christi amen anno nativitatis millesimo tricentesimo tertio decimo indictione undecima die vigesima mensis octobris in ecclesia sanctorum martirum de alpignano taurinensi diocesis presentibus domino joanne de rossilione decano alingi fratribus bernardo preceptore domus sancti antoni de ranverso gullielmo preceptore domus sancti antonii de cambeiriaco domino hugone de rupecula milite antonio de bargiis et umberto de sale juris peritis testibus cum inter magnificum virum dominum amedeum comitem sabaudie et nobilem virum dominum philippum de sabaudia principem accaie nepotem ejus discordie materia suscitata quedam ardue controversie verterentur idem dominus philippus pacis ductus consilio volens controversias hujusmodi amicis intervenientibus amicabiliter terminari super ipsis controversiis omnibus et singulis que inter ipsum

et dictum dominum comitem invicem vertebantur et verti poterant usque in presentem diem quocumque qualescumque et quantecumque forent ex quibuscumque caussis exorte ita quod omnia et singula de quibus pronunciatum fuerit intelligantur in hoc compromisso expressa compromisit in venerabilem patrem dominum papinianum dei gratia episcopum parmense et nobiles viros dominos octonem dominum grandizzoni guizzardum dominum belli joci et ludovicum de sabaudia dominum vaudi presentes et sponte in ea arbitratum suscipientes tanquam veriores amicos arbitratores et amicabiles compositores dans et concedens eisdem controversias hujusmodi *(seguono le formole del compromesso)*.

Eodem die in viridario castri ripolarum presentibus eisdem testibus predictus dominus amedeus comes sabaudie exposito ei suprascripto compromisso et toto tenore ipsius fecit pro parte sua in eosdem arbitratores presentes et recipientes eisdem interpositis per eum concessionibus promissionibus stipulationibus obligationibus convencionibus penis renunciationibus et juramento simile in omnibus et per omnia compromissum *(seguita la proroga del compromesso)*.

Die lune predicta que fuit vigesima nona octobris in predicto viridario castri ripolarum presentibus domino joanne decano ac fratribus bernardo et gullielmo preceptoribus predictis et domino gullielmo provana umberto de sala juris peritis ac petro de cella nova et aliis quam pluribus testibus prefati domini papinianus episcopus octo guiscardus et ludovicus arbitratores diligenti super controversiis et questionibus predictis delibacione prehabita volentes per amicabilem convencionem que dubbia erant dissolvere ac omnis discordie amputata materia inter partes predictas unitatis et pacis gratiam solidare ipsis partibus presentibus et audientibus ex arbitrali seu arbitraria potestate christi nomine invocato dixerunt preceperunt pronunciarunt et arbitrati fuerunt unanimiter et concorditer dictus scilicet dominus episcopus aliis tribus presentibus et mandantibus prout inferius

continetur in primis quod predictus dominus philippus de sabaudia princeps acaje ex nunc comprobet et ratificet expresse ac observet deinceps perpetuo inviolabiliter arbitrium seu arbitratum dudum latum per quosdam dominos ludovicum de sabaudia dominum vaudi umbertum de luiriaco et quondam petrum simonis milites inter dictum dominum amedeum comitem sabaudie et ipsum dominum philippum super juribus que ipse dominus philippus petebat in comitatu sabaudie et pertinentiis suis ac aliis certis articulis et innovet factos per eum ipsi domino comite pro se et heredibus suis recipienti remissiones renunciationes quietationes cessiones pactiones et promissiones de omni jure quod habebat vel habere videbatur et petere poterat in comitatu et pertinentiis antea dictis ac alia omnia et singula que in instrumento pubblico manu petri francisci notarii pubblici superius confecto plenius continentur contentus existens assignato sibi per arbitrum predictum in partibus pedemontis partagio. Item quod dictus dominus comes pro feudis et fidelitatibus beenasci et publiciarum que dudum concessit dicto domino philippo cum non pertinerent ad eum faciat et usque ad unum annum ab odierna die computandum recompensationem condignam arbitrio trium virorum ex nunc communiter eligendorum per eos. Item quod idem dominus comes acquirat et assignet ipsi domino philippo in augmentum feudi sui infra duos annos proximos futuros tantum terram sive de illa que ab ipso domino philippo tenetur in feudum sive de alia inter padum scilicet et sturiam cum omnimoda jurisdictione temporali que valeat annuatim in redditibus mille librarum viennentium et si hujusmodi terra non inveniretur venalis det ei infra annum ex tunc sequentes viginti quinque millia librarum ejusdem monete nunc usualis medietatem videlicet in medio et reliquarum medietatem in fine ipsius anni in empcionem terre hujusmodi comittendas interim autem det et persolvat de camera sua quolibet anno in festo pascatis quingentas et in festo sancti michaelis alia

quingenta libras memorate monete ac de predictis observandis faciat cum ex nunc securum per litteras suas det evidentes idoneos fidejussores vel si dubitent approbatos a duobus vel tribus amicis omnibus ex nunc eligendis per eos. Item quod dictus dominus philippus recipiat et habeat domino comite et sub ipso medietatem pro indiviso onoris jurisdictionis districtus et dominii civitatis eporegiensis cum territorio mandamento ac pertinentiis suis nec non feudorum ac fidelitatum omnium nobilium de canapitio. Que omnia per ipsos dominos comites et philippum ac heredes eorum apprehendantur habeantur teneantur regantur et gubernentur comuniter in castris tamen de lanceo de ceuriaco et de castellis eorumque mandamentis et pertinentiis que nunc habet et tenet dictus dominus comes prefatus dominus philippus nichil prorsus petere valeat vel habere castra autem et feuda de belingerio de rocca de fiano de riparubea de baratonia de viù seu de viù de septimis de bulgaro et de barbania cum eorum mandamentis et pertinentiis que nunc tenet ipse dominus philippus reservata sint et remaneant ei. Item quodque ipse dominus det et concedat ex nunc ipsi domino philippo plenam et liberam facultatem quantum est ex parte ipsius domini comitis reconsiliandi et pro ut ipsi domino philippo decens et expediens visum fuerit dominos de sancto martino de ripairolio de aliate de fronte de castronovo de astromonte ac totam partem eorum et e converso. Item dominus philippus det et concedat similem facultatem dicto comiti reconciliandi ei dominos de valperga de riparia de masino de maxadio et de sancto georgio ac totam partem eorum. Item quod dictus dominus comes pro parte sua jurisdictionis executioni mandare vel mandari facere teneatur pro ut fuerit juste latum olim per ipsum dominum philippum inter dominos de maxadio et de calusio super cuidam castri constructione firmum.

Item quod idem dominus comes de gratia speciali comunicet ipsi domino philippo jura omnia que nuper achivit ab

inclite recordationis domino henrico romanorum imperatore in cuntado astensi ejusque territorio ac feudis et fidelitatibus marchionum de carreto et de ceva et domini joannis de salutiis seu domine ..... ejus uxoris ac aliis terris que sunt trans tanagrum nec non in loco de cario ejusque territorio quorum omnium dominium et regimen teneant et exerceant comuniter per utrumque. Item quod idem dominus comes tam de gratia hujusmodi quam pro expensis factis actenus per ipsum dominum philippum in custodia de summa ripa paterni de cavallerio majori et quorumdam aliorum castrorum olim traditorum et per predictum dominum quondam henricum imperatorem tunc regem romanorum det et concedat ipsi domino philippo ultra medietatem predictam ipsa castra de summaripa paterni et de cavallerio majori cum eorum honoribus et jurisdictionibus distinctionibus et juribus universis. Item quod eidem domino philippo tanquam ad eum pertinentia reservata remaneant castra de montosolo de summa ripa de bosco et villa de ripa cum eorum mandamentis et pertinentiis universis. Item sepe dictus dominus philippus per dictas terras fidelitatis et jura omnia concedenda comunicanda assignanda et reservata eidem in civitatibus territoriis castris feudis et fidelitatibus memoratis et jura etiam si qua habebat in loco de cario ejusque territorio recipiat habeat et teneat ab ipso domino comite in nobile ac perpetuum feudum sicut et aliam terram suam earumque investitura recepta prestet pro ipsis eidem domino comiti fidelitatis et homagii ligii juramentum. Ita tamen quod ipse dominus comes eidem domino philippo ad traditionem vel evictione per dictarum rerum aut alicujus eorum minime teneatur. Item quodque idem dominus comes et philippus adjuvent se ad invicem tam fideliter quam efficaciter mutuis et oportunis auxiliis in acquirenda adipiscenda et retinenda civitatum oppidorum castrorum terrarum feudorum et fidelitatum predictorum corporali possessione vel quasi ac utraque ipsorum comuniter conferat et

contribuat in expensis propter hoc faciendis. Item quodque dictus dominus philippus habeat et percipiat ad vitam suam de proventibus civitatis astensis ad comitem ipsius civitatis spectantibus pro ut ei datum et concessum extitit per ipsum comitem singulis annis septem milia librarum et quingentas librarum astensium et eodem modo mille et ducentas libras ejusdem monete per ipsum comitem domino gullielmo de montebello et per ipsum dominum gullielmum eidem domino philippo concessas quod si forte ejusdem comitis redditus et proventus ad solutionem non sufficient pecunie huiusmodi suppleatur defectus et solvatur eidem dom. philippo ex collecta imponendum et erigendum ibidem communiter per ipsos dominos comitem et philippum seu rectores et officiales eorum. Ita videlicet quod propter hoc ipse dominus philippus nichil omnino habeat vel percipiat in redditibus et proventibus commune regalium et dominium ad dictum dominum comitem pro medietate sua in eadem civitate spectantium nec ad hoc et propter hoc sit ipsa medietas onerata. Item quod neuter ipsorum dominorum comitis et philippi vel aliquis vicariorum bailivorum castellanorum aut aliorum officialium ipsorum sub quocumque pretextu recipiat receptet habeat vel teneat deinceps in terris vel quolibet loco ipsorum pubblice vel occulte aliquem bannitum seu proscriptum actenus vel banniendum aut proscribendum de cetero pro maleficio de quocumque loco alterutrius eorumdem. Item quodque per predicta impositus sit finis omnibus controversiis que erant et esse poterant usque ad diem odiernam quacumque de caussa invicem inter predictos dominos comitem et philippum ac impositum utrumque ipsorum perpetuum super omnibus et singulis eorum petitionibus et querelis silentium. Item quod ipsis arbitratoribus omnibus vel tribus aut duobus eorum detur aut concedatur ex nunc per jam dictos dominos comitem et philippum plena et libera potestas supplendi emendandi reformandi declarandi determinandi et interpretandi pro ut eis videbitur

expedire predicta pronunciata et statuta per eos ac definiendi et decidendi si quid forsitan emerserit quo usque ad proxime festum ressurectionis domini duratura salva nichilominus et reservata concessa eis in compromisso predicto super iis facultate. Item quod eidem domini comes et philippus presentem arbitratum ac omnia et singula que superius continentur ex nunc expresse recipiant acceptent et approbent et deinceps perpetuo inviolabiliter teneant et observent. Que universa et singula memorata arbitratores ex arbitrali seu arbitraria potestate preceperunt et statuerunt vel promiserunt fieri et servari sub debito prestiti addictis partibus juramenti et pena in compromisso adjecta in singulis capitulis quotiens contra fieret rato manente presenti arbitratu seu arbitrio comittenda. Ibidem in continenti etc. *(seguono le ratifiche)*.

Et ego joannis castagnus clericus taurinensis pubblicus imperiali auctoritate notarius et predicti domini episcopi scriba predictis omnibus interfui et inde presens pubblicum instrumentum propria manu scripsi ac signo meo consueto signavi rogatus. Quod quidem instrumentum in evidentius testimonium premissorum et ad majorem roboris firmitatem predicti arbitratores quam partes fecerunt sigillorum suorum appensione muniri.

Sono pendenti sei sigilli in cera rossa.

N. XXVI.

Lega tra Amedeo V, Filippo principe d'Acaia ed Alberto vescovo d'Ivrea.
1313. 1. *dicembre.*

Nos frater albertus permissione divina episcopus hiporegiensis et comes et nos amedeus comes sabaudie et in italia marchio

et philippus de sabaudia princeps hacaie promittimus nobis ad invicem personas nostras onores et jura in civitatis hyporegie et districtu salvare et manutenere et defendere bona fide nostro posse videlicet nos episcopus predictus predictis dominis amedeo et philippo et nos amedeus et philippus predictorum domino episcopo et non facere nec facienti consentire aliquid per quod status unusquisque nostrum possessionem et quasi habet in civitate hiporedie et districtu recipiat aliquam diminutionem vel aliud in alterius nostrum preiudicium detrimentum in quorum omnium testimonium presentes fecimus sigillorum nostrorum appensione muniri datum et actum in episcopali palatio hiporedie sub anno domini millesimo tricentesimo tertio decimo indictione undecima die sabbati primo mensis decembris presentibus testibus domino edoardo de sabaudia domino antonio de bargiis domino joanne de rossilione domino andrea de hiporegia juris peritis magistro petro de cella nova ugunone gentili de gonzaga et bonaventurino de mantua notarius ad hec specialiter convocatus.

N. XXVII.

Lega tra Amedeo V, e Filippo d'Acaia intorno al conquistare i dominii del re Roberto.
1313. 17. *dicembre.*

Nos amedeus comes sabaudie et in italia marchio et nos philippus de sabaudia princeps acaie confitemur et pubblice recognoscimus unus alteri quod in tractatu concordie facte inter nos mediantibus reverendo in cristo patre domino papiniano episcopo palmensi dominis octone domino de granditio guicardo domino belli joci ludovico de sabaudia domino vaudi actum fuit et conventum licet in scriptis redu-

ctum non fuerit quod si nos vel alterutrum adquireret de rebus immobilibus que ad presens tenentur possidentur vel quasi in italia per regem robertum vel alios pro ipso vel ab ipso quod illud quoquo modo adcquiratur et quacumque ex caussa sit commune nobis duobus et uni per alterum communicetur tali modo quo medietas que secundum premissa obveniret vel obvenire deberet nobis philippo sit et esse debeat de feudo dicti domini comitis in augmentum alterius feudi quod ab ipso tenemus exceptis locis foxani et saviliani que loca in totum cum ipsorum et cuiuslibet ipsorum territoriis mandamentis juribus pertinentiis et appendentiis universis et singulis nos dictus comes in feudum et augmentum feudi alterius quod a nobis tenet dictus dominus philippus eidemque domino philippo dare convenimus hoc acto quod nos comes eidem nepoti nostro de ipsarum rerum ut supra feudalium possessione vel quasi ipsi tradenda teneamus nec etiam de evictione universali vel particulari et ea propter volentes predictum tractatum observare promittimus nobis vicissim stipulantibus dictum tractatum observare attendere vel complere et juvare nos invicem ad ipsarum rerum adquisicionem faciendam et habendam bona fide dantes insuper concedentes et investientes nos dictus comes ipsi domino philippo presenti et recipienti ex nunc prout et tunc medietatem prelibatam et loca predicta foxani et saviliani cum eorum territoriis juribus et pertinentiis et appendiciis prout premissum est et tractatum in feudum et augmentum alterius feudi quod tenet a nobis in quorum omnium robur et testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda datum ripolas die decima septima mensis decembris anno domini millesimo tercentesimo decimo tertio.

N. XXVIII.

Dedizione del comune di Sommariva del Bosco al principe Filippo d'Acaia con franchigie.
1314. 20. *gennaio.*

Anno domini millesimo CCC. XIIII. ind. XII. die XX. januarii in ecclesia summe ripe de bosco ubi tenentur consilia pressentibus dominis guillelmo domino montisbelli milite guillelmo de cignino jurisperito guillelmo ysnardo de castello johanino prouane castellano dicti loci thomaino de caxino de vigono andrea gramatico notario et pluribus aliis testibus ad hec vocatis. Naturale est unumquemque sub illius dominio suam manssionem obtare sub cuius se possit diutius conseruare et nocitura queque contraria quodque plus poterit euitare. Ideoque conuocato et choadunato conscilio summeripe de boscho loco consueto ad sonum campane ut moris est ibique existantibus hominibus dicti loci summeripe de boscho seu habitantibus ibidem scilicet infrascriptis ipsi omnes tam consciliarii quam ceteri infrascripti comuni concordia et volontate pressente johanino prouana de calignano castellano dicti loci consentiente et auctoritate ipsis consciliariis infrascriptis et aliis de summaripa conscriptis ac ipse johanninus castellanus dicti loci de consciliorum ipsorum credendariorum et hominum summeripe ac eciam omnes insimul castellanus et credendarii et homines infrascripti de summaripa nemine discrepante sed comuni concordia et voluntate eorundem vissis publicis litteris serenissimi domini h. imperatoris quibus haparebat locum et districtum summeripe de boscho concessum fuisse cum mero et misto imperio et omnimoda jurisdictione illustri domino a. comite sabaudie pro se et suis successoribus et vissis litteris publicis dicti domini comitis quibus apparebat ipsum dominum comitem de dicto loco summeripe mero et misto imperio et omni-

moda jurisdictione in perpetuum donationem fecisse illustri viro domino philippo de sabaudia principi achaie videntibus eciam ipsis de summaripa de boscho quod meliorem dominum ipsius domini principis habere non poterant et gaudentibus de domino ejusdem et ipsum dominum principem in eorum dominum apceptarunt ac apceptantes eundem et ipsi domino principe pro se et suis heredibus fidelitatem debitam primo cum juramento prestito per quemlibet ipsorum pro se et suis heredibus fecerunt promisseruntque suo et nomine quo supra ipsi domino principi pro se et suis heredibus facere et obseruare omnia et singula que in sacramento fidelitatis plenius continentur et exercitu et caualquata et milicia cum expediuit opportunam cum fiet per suam aliam terram ita uidelicet quod idem dominus princeps suique heredes habeant perpetuo in loco summeripe de boscho et hominibus habitantibus ibidem merum et mistum imperium et omnimodam jurisdictionem et choercitionem multarum impossitiones penas et bana et quecumque molendina facta et que fient cum aqua uel sine batitoria paratoria aquarum decursus seu aquatica furnos pedagia fidancias marchatum pondus colectas curarias leydas aquarum decursus piscationes venationes syluas et nemora et generaliter omnia et singula jura que dominus imperator seu sacrum imperium habet uel habere potest seu debet in castro villa districtu hominibus summeripe de boscho. Item decimas quascumque seu decimarum prestationem et solucionem secundum quod solebant ipsas decimas exigere domini de lucerna tempore quo tenebant ipsas seu castrum summeripe de boscho. Item saluo quod supra dicitur de furnis quod dominus princeps de gratia speciali vult et concedit quod ille qui habet furnum ad vitam suam debeat ipsum tenere dum uixerit et quod alii homines quibus sunt alii furni venditi per istum annum debeant ipsos tenere husque ad natale domini proximi non dando inde aliquod fictum domino et ab inde in antea perueniant omnes ipsi furni ad dominum supradictum. Item

predicti de summaripa de boscho nemine discrepante ipsi domino principi pro se et suis heredibus dederunt et concesserunt et dare et manutenere promisserunt perpetuo annis singulis culmagium siue focagium super singulis culminibus domorum siue quolibet igne dicti loci summeripe et districtus silicet quinque solidos astenses pro maiori regesto siue extimo et tres solidos super mediocre et duos solidos super minimo estimo diuidendo ut supra per tres partes dictas domos siue colmagia predicta ad modum silicet illorum de cabalerio et de ripa. Item ipse dominus princeps ab ipsis de summaripa de boscho habere debet et ipsi de summaripa teneantur laborare seu laborari facere suis sumptibus in castro summeripe ad voluntatem domini principis quociens ipse dominus princeps ibi laborauerit uel laborari fecerit. Item ipse dominus princeps vult et de gracia speciali concedit eisdem de summaripa seu mi notario infrascripto ut publice persone stipulanti vice et nomine omnium et singulorum de summaripa predicta et districtu quod ipsi de summaripa et quilibet qui ibi pro tempore fuerit franche libere possit res et omnia bona sua disponere tractare pro eorum libera voluntate alienando vendendo testando et super his ordinando prout voluntatis ipsorum et cuiuslibet eorundem fuerit et quoscumque heredes et successores instituendo ex testamento uel ab intestato sine licencia et voluntate aliqua ipsius domini principis uel alterius requirenda uel habenda ita videlicet quod ipse dominus princeps uel sui heredes aliqua jura successionum terciarum vendicionum seu alterius afaytamenti super rebus propriis ipsorum non possint nec debeant ab eisdem de summaripa exigere uel habere saluo sibi tamen jure domorum suorum. Item intendit ipse dominus princeps predictos homines summeripe predicte uel qui pro tempore habitabunt ibidem et ipsum locum cum toto districtu saluare varentire et manutenere contra quamcumque personam suo posse et bona fide et tamquam bonus dominus et ipsos regere secundum deum et justiciam et bona

pacta et conuentiones que et quas graciosse impetrabunt ab ipso domino principe et que et quas concedentur eisdem de summaripa per ipsum dominum principem. Item ipse dominus princeps vult de gracia speciali et concedit predictis de summaripa quod ipsi una cum castellano suo possint capitulare ordinare super modo viuendi et regendi sui et super hiis que videbuntur sibi oportuna et capitula que fecerint debeant ostendere ipsi domino principi qui confirmabit ea que sibi videbuntur conueniencia et opportuna prout sue fuerit voluntatis et que ipsi de summaripa predicta pro tempore futuro possint cum consenssu et voluntate castellani sui qui pro tempore fuerit in summaripa facere ordinamenta eisdem et castellano suo pro bono domini et hominum atque rerum loci summeripe vi debebunt congrue expedire. Item ipse dominus princeps intendit dare operam eficacem suo posse et bona fide ad seruandum saluandum custodiendum manutenendum totum finem districtus summeripe predicte et procurare quod definiatur et designetur ubi fuerit faciendum. Item intendit et vult ipse dominus princeps quod quicumque habuerit possessionem seu possessiones in fine summeripe predicte pro ipsis possessionibus soluat taleam et faciat vexinescum secundum quod justum et conueniens fuerit. Item concedit ipse dominus princeps de gracia speciali dictis de summaripa quod in ipso loco uel finibus non teneantur gabella ludi sed ordinetur certum bannum contra illos qui luxerint in summaripa uel districtu siue sit in gabella siue extra. Item quod aliquis homo de summaripa et districtu non detineatur capitaliter per castellanum uel alium nomine dicti domini principis occasione alicuius maleficii qui possit et velit bone et ydonee cauere seu asecurare de estando juri et de soluendo id in quo de jure fuerit condempnatus dum tamen maleficium propter quod ipse detemptus esset tale propter quod debet personaliter puniri.

Nomina uero credendariorum et aliorum de summaripa de boscho qui predicta fecerunt promisserunt domino principi

et jurauerunt fidelitatem et predicta omnia actendere et obseruare eidem domino pro se et suis heredibus tam consciliarii et credendarii quam capita domorum sunt in summa CCCLXIIII.

Et ego castagnus de canalibus imperiali auctoritate notarius hanc cartam quam symondus de canalibus notarius habreuiavit et in formam publicam ponere non potuit infirmitate grauatus et aliis negociis impeditus auctoritate domini aymonis de aspromonte militis castellani mi concessa scripssi prout in protocollo dicti symondi inueni nichil adhito uel mutato quod sensum mutet uel intellectum et signum meum consuetum appossui hic proxime ad majorem predictorum firmitatem.

N. XXIX.

Lega tra Filippo d'Acaia, e Manfredo di Saluzzo intorno al dividersi il marchionato di Monferrato.
1314. 30. *marzo.*

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti et beatissime virginis marie et tocius curie celestis et ad honorem et pacifficum et bonum statum illustrium dominorum phylipi de sabaudia principis achaye et mayffredi marchionis saluziarum et omnium pariter amicorum suorum. Anno ejusdem millesimo tercentesimo decimo quarto indictione duodecima die XXX. mensis marcii in castro cambariaci in camera illustris viri domini amedei comitis sabaudie in presentia ipsius domini comitis et reverendi viri domini aymonis episcopi murianensis illustris viri domini ludoyci de sabaudia et nobilium dominorum guillelmi de montebello berlionis rivoyre militum et anthonii de bargiis oberthi de sala jurisperitorum et guioneti de

sassello comradi de gerzano et anthonii de claromonte testium ad infrascripta specialiter vocatorum.

Cum illustris et magnifficus vir dominus mayffredus marchio saluciarum pro se et fredelicho filio suo et dominus philipus de sabaudia princeps achaye dicerentur habere seu crederent vel experarent ipsi vel alter ipsorum in marchionatu seu terra districtu vel jurisdictione marchionatus jus volentes amicabiliter ad invicem vivere seu conversari et tanquam veri et puri amici volentesque evitare omnem materiam questionis et discordie taliter invicem convenerunt et pepigerunt videlicet quod si deo propicio contingeret vel fuerit quod marchionatus montisferrati in toto vel in parte sive terra quam tenebat dominus guillelmus marchio montisferrati condam dum vivebat sive dominus johannes eius filius condam ipso domino johanne vivente adquireretur per dictum dominum mayffredum marchionem saluciarum seu dictum fredelicum ejus filium seu liberos vel successores ejus vel ad ipsos vel alterum ipsorum devenerit in toto vel in parte aliqua qualitercumque et quomodocumque et quandocumque in morte vel vita aliquo jure ratione sive causa vel alio quocumque modo taliter dividatur inter eos et fiat et ex nunc taliter divissa habeatur dicta terra videlicet quod dictus dominus princeps habeat et ad ipsum pertineat et expectet clavaxium verolenchum et tota terra dicti marchionatus et quam tenebat ut supra dictum est possedebat et quasi dicti marchio guillelmus condam et marchio johannes condam vel alter ipsorum a pado et duria bautia citra et qualiscumque sit dicta terra propria feudalis emphiteothica vel censualis vel qualiscumque alia quocumque nomine censeatur et ultra padum habeat ipse dominus princeps sanctum raffeellum castagnetum bozelinum casteglonum et cordoam et totam aliam terram dicti marchionatus a sancto sebastiano citra versus montem calerium et taurinum alia tota terra marchionatus montisferrati dicto domino mayffredo marchioni saluziarum et dicto fredelicho. Et quod

dictus dominus marchio saluciarum et fredelicus predictus donent et cedant ex causis predictis et aliis prout melius dictari poterit et firmari dicto domino principi omnia et singula jura ipsorum et cujuslibet eorum que habent vel habebunt seu ad ipsos vel alterum ipsorum expectant vel pertinent spectabunt vel pertinebunt aliquo tempore et aliqua ratione vel causa seu alio quocumque modo in terra predicta dicto domino principi assignata. Item expresse actum fuit inter predictas partes quod teneantur se ad invicem bona fide juvare suo posse ut dictus princeps habeat suam partem et jura sibi superius assignata et dicti marchio et fredelicus habeant totam aliam partem et jura ipsius marchionatus montisferrati. Que omnia et singula supradicta ipse partes promiserunt sibi ad invicem adtendere et observare et non in aliquo contravenire renunciantes exceptioni doli et omni alii exceptioni. Et pro predictis omnibus et singulis observandis obligaverunt ipse partes sibi ad invicem pygnori omnia sua bona. Et ad majorem roboris firmitatem dicte partes predicta omnia et singula juramenti vinculo roboraverunt de quibus omnibus et singulis precepta fuerunt michi symundo notario infrascripto et guillelmo laurencio notario domini marchionis predicti saluziarum fieri publica instrumenta plura et reffici quociescumque opus fuerit ipsis confectis et ante conscilio sapientum substancia predictorum non mutata.

Anno indictione predictis die decima octava mensis aprilis in campis inter bargias et caburum presentibus dominis guillelmo et obertho de montebello militibus guillelmo de virracho milite guillelmo de zignino guillelmo provana peritis et jacobo de excalengiis et guillelmo laurencio notario domini marchionis saluciarum testibus ad hec adhibitis et vocatis. Noverint universi et singuli presentes pariter et futuri quod lecto et dicto tenore omnium contemptorum in hoc instrumento de verbo ad verbum illustri viro domino fredelico de saluziis ipse fredelicus certus de omnibus in

hoc instrumento contemptis presente et consenciente domino marchione predicto patre suo ipsis omnibus et singulis suprascriptis contemptis in hoc instrumento consensit et approbavit et in omnibus et per omnia ut supra est scriptum in hac carta fecit et promisit ipsi domino principi seu michi notario stipulanti ut persone publice pro eodem domino principe et ad sancta dei evangelia corporaliter tacta promissit et juravit adtendere et observare omnia et singula supradicta et non contrafacere vel venire de jure vel de facto sub obligatione bonorum suorum dampnorum et expensarum restitutione.

Et ego symondus de canalibus publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus et singulis suprascriptis interfui et has cartas ut supra scripsi traddidi et subscripsi.

N. XXX.

Trattato tra Filippo di Valois e Filippo d'Acaia.
1320. 1. *luglio.*

Isti sunt articuli concordati inter illustres viros dominos philippum comitem valesie primogenitum comitis cenomanis de sedis apostolice ac serenissimi principis domini roberti dei gratia jerusalem et sicilie regis illustris certa scientia et beneplacito voluntatis in partibus lonbardie romano imperio subiectis ipsius imperii ac specialiter et expresse comitatus pedemontis vicarium generalem vice et nomine domini regis predicti ex una parte et dominum philipum de sabaudia militem ex altera super omnibus causis controuersiis actionibus discordiis ex quacumque causa motis et habitis inter eos pro totis temporibus retroactis primo nos philipus comes cenomanus predictus vice et nomine quibus supra tradimus

concedimus atque damus eidem domino philippo de sabaudia terras castra seu villas sauiliani brayde villenove castri noui butiglere et montismagni cum eorum districtibus pertinenciis et juribus uniuersis taliter qualiter predicta omnia a nobis vice et nomine domini regis predicti successorum seu causam habencium ab eodem in feudo ligio contra quascumque personas cuiuscumque conditionis existant tenebit excepto comite sabaudie auunculo suo filiis suis et successoribus in omnibus et per omnia. Ita quod de omnibus predictis primitus seruire debeat dictis de sabaudia contra omnes et nobis homagia vice nomine predicti domini regis facient de predictis. Item quod inter terras predictas a nobis comite cenomitano eidem domino philippo de sabaudia traditas et omnes alias terras et possessiones eiusdem confines et contiguas terris et possessionibus prefati domini nostri regis certe mete termini seu bone per probos viros de comuni assensu dictarum parcium eligendos super hec juratos ponantur seu prefigantur ad omnem dissentionis materiam auferendam ita quod neuter predictorum intra metas alterius per quamcumque causam seu viam terram aliquam villam seu castrum vel quamlibet possessionem aliam possideat uel acquirat. Item nos philippus de sabaudia predictus pro antedictis tenemur et tenebimur dictum dominum comitem vice et nomine domini regis predicti nec non ipsum regem heredes seu causam habentes ab eodem juvare ad deffensionem seu terre pedemontis in propria persona et homines dictorum locorum modo et forma quibus eundem dominum regem tempore quo predictas villas terras et castra idem comes in nos transtulit juuare uel succurrere tenebantur. Si uero propter aliquam causam dictus comes vice seu nomine dicti domini regis uel ipsum regem heredes seu causam habentes ab eodem ultra comittatum predictum contingeret guerram facere. Nos philippus predictus ipsum uel ipsos juuare tenemur cum centum hominibus armorum equestribus per totam italiam apulia acchaya sicilia et grecia

dumtaxat exceptis stipendia tamen pro nobis et nostris hominibus predictis pensatis temporibus et conditionibus eorundem recipiendo ad eam quantitatem seu rationem quam idem dominus comes rex heredes vel successores eius aliis suis armorum hominibus facient et donabuntur et transacto uno mense postquam premissa plene et integre completa fuerint et perfecta nos tenebimur et tenemur cum prefatis equitibus modo et forma quibus supra iter accipere ad ipsius domini comitis in partibus prescriptis subsidia processuri. Item nos comes et philippus de sabaudia comuni assensu volumus quod inter quascumque personas nobis subiectas pax et concordia reformetur et quod carceribus mancipati utrinque absque redemptione aliqua liberi dimittantur. Et nos comes predictus volumus et ordinamus quod foriuseti ciuitatis astensis ad prefatam ciuitatem loca et bona libere reuertantur dum tamen ad pacifficandum cum aduersariis et ius recipiendi a nobis ut fuerit rationis nobis penitus se supponant. Item nos predicti comes et philippus volumus et consensu unanimi permittimus quod de premissis fiant instrumenta cum omni sollempnitate meliori modo et forma quibus poterunt fieri de consilio sapientum. Hoc adiecto quod in casu in quo nos comes predictus non essemus comes pedemontis actiones uel jura quas uel que idem dominus philippus se habere asserit contra ciues astenses remaneant sibi salua. Item quod prefati dominus rex uel ipsius successores seu nos comes predictus non aquiremus uel tenebimus aliquas possessiones terras villas seu castra in canapitio yporegia cherio et districtibus eorundem in his que sibi domino philippo de sabaudia uel comiti pertinent uel pertinere debent. Nec dictus dominus philippus de sabaudia in terris ipsius domini regis uel prefati comitis habitis uel habendis aut ipsarum districtibus aliquid sibi aquiret uel aquirere valebit. Item nos comes predictus vice et nomine quibus supra promittimus eidem domino philippo ipsum iuuare modo et forma quibus dominus vaxallum suum te-

netur succurrere uel iuuare. Item nos comes predictus promittimus ratas et firmas habere ordinationes faciendas super factis et que marchionum montisferrati et saluciarum per nobiles viros dilectos nostros dominum philippum de sabaudia predictum et dominum beraudum de marcolio unanimes et concordes. Acta fuerunt hec apud cabalarium die prima mensis iulii anno domini millesimo CCC. XX.

N. XXXI.

Margarita d'Acaia rinunzia ai diritti materni a favore del genitore.
1324. 3. *maggio.*

Anno domini millesimo tercentesimo vigesimo quarto indictione septima die jovis tercio mensis may in castro pinarolii in presencia mei infrascripti notarii et infrascriptorum testium. Ibique domina margarita de sabaudia filia emancipata magniffici et illustris viri domini philipi de sabaudia principis achaye fecit et facit tenore huius publici instrumenti generalem pacem finem remissionem quictacionem et pactum de ulterius non petendo ex causa mere pure et irrevocabilis donacionis ad presens inter vivos dicto domino principi recipienti et stipulanti suo nomine heredumque suorum de omni jure ypothecarum sibi competenti vel competituro aut quod compectere posset eidem in bonis et rebus dicti domini principis occaxione dotis materne vel quacumque occaxione vel causa. Item et de omni jure sibi competenti vel competituro aut quod competere posset in bonis et rebus et hereditate dicti domini principis occaxione sue partis vel debiti bonorum subsidii aut quacumque alia occaxione vel causa que dici vel excoysitari posset prestando et confitendo dicta domina margarita se habuisse

et recepisse a dicto domino principe patre suo in pecunia numerata tantum et plus ad quantum ascendunt vel assendere possent omnia et singula suprascripta super quibus pace et fine remissione et omnibus suprascriptis ipsa domina margarita promixit dicto domino principi recipienti et stipulanti ut supra omni tempore stare tacita et contenta et non contrafacere vel venire per se vel per alium in judicio vel extra de jure vel de facto quacumque occaxione vel causa sub ypotheca et obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum et sub restitutione dampni et expensarum litis et extra credendo de ipsis dampnis et expensis ipsius domini principis suorumque heredum et successorum verbo simplici sine aliqua probatione vel aliquo sacramento. Renunciando etc. Interfuerunt testes rogati dominus augustinus de mediis barbis henricus de alba et francischus de castro aynaudo. Et ego nicolinus de manchero publicus imperiali auctoritate notarius hiis omnibus presens hanc cartam rogatus scripsi.

N. XXXII.

Convenzione del principe Filippo coi monaci di Rivalta per la cessione delle possessioni di Villanova.
1327. 27. *marzo.*

In nomine domini nostri jesu xpti amen. Anno ejusdem domini M. CCC. XXVII. indict. X. die XXVII. mensis martj in castro pineroly presentibus d. petro de bersatoribus milite de pinerolio augustino de medys barbis de pipino juris perito battista et franceschino de provanis de carignano et ardissone de albrieto clavario pineroly testibus ad hoc vocatis et rogatis. Cum magni et potens vir d. philipus de

sabaudia princeps achaie disposuerit et ordinaverit ad augumentum et profictum et commodum terre sue construere villam de nouo in territorio et districtu villenove de moreta et habitare et ponere decreverit in ipsa villa homines et habitatores qui in ipsa ressideant et sua habitam faciant et sicut extitit per ipsum dominum principem ordinatum cum itaque predictis habitatoribus expediat habere terras et possessiones in contracta dicte ville de quibus valeant sustentari et actum fuerit et tractatum quod possessiones et terre quas monasterium ripaltense habet tenet et possidet in districtu predicto villenove dictis habitatoribus concedatur ad certa pacta et conventiones que inferius continentur inter predictum d. principem ex una parte et abbatem et conventum ipsius monasterii ripalte tractatas et tractata ex altera idcirco prefactus d. princeps per se et heredes suos ex una parte et religiosus vir f. antonius de montecalerio monacus jam dicti monastery et sindicus et procurator ipsius monasterii abbatis et conventus ex altera volentes ad invicem omnia que acta et tractata sunt inter ipsum d. principem ex una parte et ven. in xpto patrem d. michaelem abbatem dei gratia jam dicti monastery et conventum ipsius monastery ex altera super predictis terris et possessionibus concedendi asserens et affirmans predictus sindicus quod ex pacta etc. Renunciantes dicte partes in omnibus. Pacta autem firmata et inita inter partes sunt hec quorum tenor infra in sequentibus continetur hec sunt pacta tractata innita inter venerabilem in xpto patrem d. fratrem michaelem dei gratia abbatem monastery sancti petri de ripalta vice et nomine dicti monastey fratrum et conventus ejusdem pro se et eorum successoribus ex una parte et illustrem et potentem virum philipum de sabaudia principem achaie pro se et heredibus suis ex altera super terris et possessionibus pertinentibus dicto monasterio in districtu et territorio villenove de moreta et super aliis infra contentis in primis tractatum conventum et promissum est quod ipse d. abbas

fratres monaci et conventus sui sindici predicti monastery nomine et vice ejusdem monastery s. petri de ripalta dant et concedunt in perpetuum ad fictum inferius declaratum omnes terras et possessiones quas habet tenet et possidet predictum monasterium et ad ipsum monasterium pertinentes in dicto districtu et territorio villenove personis que veniunt ad standum et habitandum in villamnovam quam princeps dictus construi disposuit et ordinavit de novo et que fiet in predicto loco seu districtu villenove que d. abbati seu sindico ipsius monastery presentate et nominate fuerint juxta distributionem fiendam de predictis terris et possessionibus singulis personis habitatoribus dicte ville per dictum dominum principem aut ejus castellanum morette et villenove ad fictum redendum ipsi monasterio aut sindico ipsius monastery singulis annis in perpetuum in festo b. bartolomei de mense augusti sestarium unum pulchri frumenti ad mensuram morette pro qualibet jornata et fiat dicta concessio predictarum terrarum et possessionum per dictum d. abbatem vel sindicum ut supra personis venientibus ad habitandum et standum in dicta villa cum foco et catena tantum et non exteris qui non venient ut dictum est ad habitandum ibidem cum foco et catena. Item quod predicte terre et possessiones tam culte quam inculte et prative et boschive sub eodem censu tradantur et concedantur predictis personis communiter et insimul et non fiat presens traditio de cultis quam de incultis. Item quod ad opus ecclesie sancti laurentii seu grangie villenove predicte pertinentis ad dictum monasterium et ad sustentationis gubernatoris dicte grangie villenove predicte seu prepositi dicte ecclesie sancti laurentii remaneant et ante omnia accipere possit dominus abbas aut sindicus dicti monasterii jornatas sexaginta terre de predictis de illis quas eligere voluerit d. abbas aut sindicus dicti monastery et viginti jornatas prati quas eligere voluerit ut supra. Item si contingat fieri translationem de predictis possessionibus aut alteram ipsarum quandocumque

et quotiescumque fieret de persona in personam per venditionem permutationem successionem sive ex testamento aut alio quocumque modo alienato fieret persona in quam facta fuerit translatio seu alienatio debeat intra annum accipere investituram ab ipso venerabili abbate seu sindaco dicti monasterii de re in eum translata ut supra et soluere infra idem tempus predicto d. abbati aut sindico secundum extimationem rei pro qualibet libra denarios quatuor vienensis monete nunc curentis cujus monete turonense argenti communiter expenditur pro viginti octo denari et in dictum modum solvatur dictum accensamentum et fictum frumenti ut supra. Item quod ecclesia s. laurenty de villanova sit parochialis et ad eam spectet parochia si de jure eidem competat. Item quod dictus abbas aut sindicus possit in loco ubi fiet dicta villanova aquirere casale unum pro edificando unam domum sicut ceteri de villa. Item etc. de quibus omnibus etc. Ego yuanus de pralormo notarius etc.

N. XXXIII.

Lettera del principe Filippo al vicario di Torino intorno al provvedere le armi alla milizia.
1328. 22. *novembre.*

Philippus de sabaudia princeps achaye dilectis fidelibus suis vicario et judici nostris taurini nec non conscilio et sapientibus dicti loci salutem et continue dilectionis augmentum. Volentes obviare sinistris et futuris periculis evitare previdimus ad terre nostre custodiam et salutem quod armature per terram nostram universaliter imponantur et ea propter vobis districte mandamus prout possumus et ortamur quatenus singulis nostris civibus de taurino imponere debeatis juxta modum alias ordinatum et in forciori qua

poteritis quantitate armaturas remota dilatione quacumque videlicet armaturas fereas juponos lanceas et scutas cervelerias et balistas et inter cetem armature feree et baliste inponi debeant et ordinari in quantitate majori illi autem qui fuerint de impositione minori habeant ad minus cerveleriam et scutum et lanceam longam de XVIII. pedibus et non minor. Sic in premissis agentes et ordinantes quod dicta impositio fiat de presenti ita quod infra X. dies unusquisque habeat armaturas prout imposite fuerint preparatas et ab inde in antea mostram incontinenti transacto dicto termino fieri faciatis et quidquid compleveritis de predictis nobis indilate notorium faciatis.

Datas pinayroli die ultima madii MCCCXXVIII.

N. XXXIV.

Lettera del principe Filippo al vicario ed al comune di Torino per la congrega degli ambasciadori dei comuni.
1328. 22. *novembre.*

Philippus de sabaudia princeps achaye vicario et judici conscilio et sapientibus civitatis taurini fidelibus dilectis salutem ad vota felicem. Celebraturi coloquium die dominica ventura proxima apud ospitale scalengarum super aliquibus tamgentibus bono status mandamus quatenus duos ambaxatores per vos eligendos ad idem nobis mitere procuretis taliter quod ipsa die dominica et loco ordinatis ad nos sint personaliter ante nonam. Datas pynaroyllii die martis XXII. novembris MCCCXXVIII.

N. XXXV.

Lettera del principe al vicario di Torino sul passaggio del re di Boemia.
1333. 18. *gennaio.*

Princeps vicario taurini.

Significamus vobis quod illustris dominus rex boemie die veneris venturi proxime erit apud pinarolium et prout speramus et credimus die sabbati sequenti apud taurinum propter quod vobis mandamus ut de presenti prouideatis et prouideri faciatis de ipso et eius comitiua honorabiliter recipiendis et de habendis hospiciis pro eorum personis et equis taliter quod lecti et hostalia taliter sint parata quod unicuique in gradu suo possitis in aduentu precedentium suum hospicium et cameras et alia assignare et ad hec melius facienda elligatis III. bonos et sufficientes et expertos homines qui hoc diligenter faciant et scribant taliter quod possitis de bona diligentia commendari dum regi hospicium credimus in castro nostro et alios barones in domibus episcopi et aliorum religiosorum et per meliora hospicia ciuitatis et vos vicarius et judex si vos judex potestis ad hec semper et continue intersitis et faciatis prouideri quod ob hoc non vendantur victualia cariora et ecce quod mitimus clavario nostro litteras nostras apertas quas faciet in locis ubi expediet presentari quod auena et spelta apud taurinum possint portari licite non obstantibus saramentis datum miradoli die lune XVIII. jan.

N. XXXVI.

Lettera di Filippo sui prigionieri presi nella battaglia di Tegerone.
1333. 12. *ottobre.*

Philippus de sabaudia princeps achaye universis et singulis vicariis castellanis judicibus officialibus nobilibus vassallis et subditis tere nostre ad quos presentes peruenerint salutem et sinceram dilectionem vobis et vestrum cuilibet sicut forcius possimus precipimus et mandamus quatenus requisitiones et mandata que vobis seu alteri vestrum fient super factum captiuorum et equorum captorum quocumque modo sint die jouis proxima preterita circha partes tegeroni podiueirini et coherentes ibidem pro parte domini petri bersatoris militis et jacobini prouane familiarium nostrorum obediatis et faciatis cum effectu quocumque per modum ac si persona nostra intuitu esset uel aliter pro nobis essetis requisiti ceterum sciatis quod nullo alio spectato mandato contra vos sicut expedire videbitur realiter et personaliter procedemus de presentatione presencium ipsarum exhibituris relatione juramenti fidem plenariam concedentes datum vigoni die XII. octobris M. CCC. XXXIII.

N. XXXVII.

Lettera del principe d'Acaia al vicario di Torino intorno alle sentinelle sui campanili e torri.
1333. 29. *ottobre.*

Princeps

Vicario et judici nostris ciuitatis taurini dilectis salutem et dilectionem. Volumus et mandamus quod vice et auctoritate nostra requiratis abbates hospitalis sturie et monasteri sancti mauri dominos de septimo de bulgaro et de altessano vassallos nostros et eis sicut expediet jungatis ut pro occurrentibus ad presens in partibus illis conditionibus gaytas bonas et sufficientes abbates in campanilibus et vassalli in turribus ipsorum tenere debeant et custodes alios siue circumeuntes in finibus propris ponere similiter et habere ita quod gayte et custodes hujusmodi cum viderint seu senserint offensores signa faciant et notificationes aliis gaytis et custodibus ponendis per homines ciuitatis taurini et bene et legaliter ad custodiam et saluationem ipsorum abatum et vassallorum et civium et bonorum dicte nostre ciuitatis taurini.

Datum miradolii cum nostro sigillo die XXIX. octobris M. CCC. XXXIII. prime indictionis.

N. XXXVIII.

Lega del re Roberto, del marchese di Monferrato, di Federico di Saluzzo, del comune d'Asti contro Filippo principe d'Acaia.
1334. 21. *giugno.*

In nomine domini nostri yhu xpi et beatissime matris sancte marie tociusque curie celestis amen. Anno nativitatis domini millesimo tercentesimo trigesimo quarto indicione secunda die XXI. mensis junii presentibus testibus infrascriptis quorum presentia spectabilis et magnificus vir dominus philippus de castro pagano miles regius cambellanus senescallus pedemontis lombardie nomine et vice serenissimi principis domini roberti jerusalem et sicilie regis tocius terre ipsius sacre regie magestatis ac vassallorum et subditorum ac adherencium eidem sacre regie magestati auctoritate et baylia eidem domino senescallo concessis tam generali quam speciali per prefatam sacram magestatem de quibus patent litere regales ipsius regie magestatis sigillate sigillo suo prout asserebat dominus senescallus predictus et alii circumstantes ac eciam petrus bochonus ciuis astensis sindicus et procurator comunis uniuersitatis et hominum ipsius ciuitatis astensis de cuius sindicatu constat publico instrumento recepto hodie per thomaynum de montrossono notario ad officium camere deputatum vice et nomine dicte ciuitatis astensis terrarum et locorum ipsius vassallorum hominum et subditorum ipsius ex una parte et illustris ac magnificus vice dominus teodorus excellentissimi imperatoris grecorum filius primogenitus marchio montisferati ex alia et dominus johaninus de capis jurisperitus procurator et procuratorio nomine illustrium virorum domini frederici de saluciis et thome ejus nati et nomine tocius terre ipsorum ac nomine vassallorum suorum presentium et futurorum et terre ac hominum

ipsorum vassallorum de cuius procura constat publicum instrumentum receptum per me henricom recconellum notarium hoc eodem anno et indicione die VI. juny in castro saluciarum et ex alia parte ad infrascriptas conuenciones et pacta futuris utinam diuina fauente clementia duratura temporibus peruenerunt. Primo videlicet quod predictus dominus senescallus nominibus quibus supra omni jure modo et forma quibus melius potuit remixit eidem domino johanni procuratori procuratorio nomine quo supra stipulanti et recipienti omnes injurias offenxiones et culpas ac excessus propter quos seu quas dici posset ipsos dominum fredericum et thomam amisisse feuda seu res feudales que et quas ab ipso domino rege tenebant in feudum ipsi dominus fredericus et thomas cassans et cassari precipiens per quemcumque notarium quoscumque processus factos uel inquoactos contra ipsos dominum fredericum et thomam quacumque occasione ratione uel causa ita et taliter quod amplius ob ipsas culpas contra ipsos uel ipsorum aliquem procedi non possit realiter uel personaliter et si procederet quod ipse processus quod fieret per ipsum dominum regem uel eius officiales sit cassus ex nunc iritus et inanis et nullius valoris penitus et momenti et uersa uice si per officialem ipsius domini regis stipendiarios homines et subditos eidem domino regi facte essent alique iniurie uel offense reales uel personales eidem domino frederico uel thome uel eorum terre uel vassallis suis seu terre vassallorum suorum quod predictus procurator procuratorio nomine quo supra easdem iniurias et offensas omni jure et modo et forma quibus melius et eficaciter potest remitit eidem domino senescallo recipienti ut supra et liberat et quetat ita quod bona pax et vera concordia sit inter partes predictas ac uera conuencio et fraternitas perpetuo duratura. Item quod ipsi dominus fredericus et thomas teneant et tenere debeant in feudum nobile antiquum avitum et paternum ab ipso domino rege totam terram quam presentialiter tenent prout et sicut alias ipsam

recognouerunt ab ipso domino rege confirmantes et approbantes fidelitatem alias factam per ipsos ipsi domino regi seu officialibus suis saluis semper pactis et conuenctionibus infrascriptis ac ecciam saluis et reseruatis omnibus juribus illustrium et magnificorum virorum dominorum comitis sabaudie marchionis montisferrati et philippi de sabaudia principis achaie ita tamen quod si contingeret dictum dominum philippum uel eius homines stipendiarios subditos uel vassallos dare seu facere aliquam offenxionem realem seu personalem terras quas ab ipso domino philippo tenent ipsi dominus fredericus et thomas in feudum ipse dominus senescallus comune astense tota terra regia dominus marchio predictus teneant et debeant ipsos dominum fredericum et thomam totis viribus juuare pro defenxione et ad defenxionem ipsarum terrarum sicuti tenentur pro defenxione aliarum terrarum ipsorum domini frederici et thome et in eo casu ipsi dominus fredericus et thomas ipsas terras quas a dicto domino philippo nunc tenent recognoscere debeant et teneant ab ipso domino rege sicuti aliam terram quam ab ipso domino rege tenent prout superius et inferius constat et postea teneantur prefati dominus senescallus comune astense terra regia et dictus marchio adiuuare ipsos dominum fredericum et thomam ad defenssionem ipsarum terrarum sicuti tenentur pro aliis terris quas ipsi dominus fredericus et thomas presentialiter recognoscunt a dicto domino rege. Item promixit et conuenit dictus dominus senescallus et predictus sindicus nominibus quibus supra solempni stipulatione interueniente predicto procuratori stipulanti et recipienti ut supra continue tenere eorum sumptibus et expensis in terra ipsorum domini frederici et thome ubi ipsi uel ipsorum alter disposuerint et elegerint centum homines armigeros toto tempore durantis seu vigentis guerre inter partes predictas ex una parte et dominum philippum ex altera. Item si dicti dominus fredericus et thomas uel eorum alter ipsorum tractatu cum

adjutorio dictorum dominorum regis et senescalli et astensium et marchionis uel alicuius ipsorum seu sine lucrentur siue caperent aliquam villam ciuitatem uel castrum quod ipsa ciuitas villa uel castrum sit tota et in solidum ipsorum dominorum frederici et thome et heredum suorum et ad aliquem alium nichil de hoc perueniat nec ad ipsos uel eorum heredes. Si uero dicti domini senescallus marchio uel astenses lucrentur seu caperent aliquam villam ciuitatem uel castrum eorum uel alterius ipsorum tractatu cum adiutorio ipsius domini frederici uel sine quod talis villa ciuitas siue castrum sit illius et ad eum pertineat pleno jure quod ipsam per suum tractatum lucrabitur. Si uero per vim uel alio quocumque modo comuniter predicti domini senescallus marchio et fredericus et thomas lucrentur aliquod omnes simul quod illud tale lucrum sit comune inter ipsos tres dominos et per tercium diuidatur saluis semper terris que fuerunt prefati domini regis que ad ipsum pleno jure perueniant si eas recuperari contingerit et simili modo fiat de terris que fuerunt comunis astensis que ad ipsum comune perueniant si eas quocumque casu recuperari contingat et idem intelligatur de terris que fuerunt dicti domini marchionis et illud eciam intelligatur et fiat de terris que fuerunt domini marchionis saluciarum seu de marchionatu saluciarum. Item promixerunt solempniter prefati dominus senescallus et sindicus nominibus quibus supra quandocumque contigerit locum foxani peruenire ad manus ipsius domini regis uel ejus officialium seu comuni astensi predicti se suplicaturos et requisituros totis viribus fideliter et pro posse quod dominus rex predictus dabit cambium suficiens et ydoneum ipsis dominis frederico et thome uel eorum heredibus pro dicto loco foxani. Item promixit predictus dominus johannes procurator procuratorio nomine dictorum domini frederici et thome compromitere et compromissum facere de questionibus vertentibus inter illustrem et magnificum dominum manfredum marchionem saluciarum et filios

suos manfredum theodorum et bonifacium ex una parte et dictos dominum fredericum et thomam ex altera quacumque ocaxione uel causa de jure et de concordia in prefatos dominos marchionem montisferrati et senescallum regium ita et taliter quod unus sine altero aliquod pronunciare non possit et si predictus dominus marchio saluciarum uel filii sui predicti nollent conuenientem concordiam seu non obseruarent dicta et pronunciata per ipsos dominos marchionem et senescallum quod predicti domini rex senescallus ast cum tota terra regia ac ecciam dominus marchio montisferrati teneantur et debeant totis viribus juuare prefatos dominum fredericum et thomam contra ipsum dominum marchionem saluciarum et eius filios memoratos. Si uero ipsi dominus fredericus et thomas nollent conuenientem concordiam seu non obseruarent dicta et pronunciata per dictos dominos arbitros quod tunc dicti dominus rex senescallus marchio montisferrati et astenses teneantur se non intromittere de discordia vertente inter ipsum dominum marchionem saluciarum et filios suos predictos ex una parte et ipsos dominum fredericum et thomam ex altera nec de eorum factis inter ipsos saluo quod si dictus philippus de sabaudia predictus uel alius inimicus regius daret auxilium uel fauorem ipsi domino marchioni saluciarum uel filiis suis predictis seu alicui ipsorum contra dictos dominum fredericum et thomam quod tunc ipsi domini rex senescallus marchio montisferrati et astenses cum tota terra regia teneantur et debeant juuare totis uiribus et pro posse ipsos dominum fredericum et thomam et heredes contra dictum dominum marchionem saluciarum et filios suos predictos et quoscumque alios eos juuantes. Item actum fuit inter partes predictas quod in ipsa pace et concordia possiti sint et esse intelligantur magnifici viri domini johannes de saluciis manfredus jacobus et thomas de carreto et terra ipsorum si et dummodo ipsi faciant pacem et guerram pro domino rege predicto una cum dictis domino frederico et

thoma et dummodo dictus dominus johannes fidelitatem faciat domino regi de terra quam ab ipso solitus est tenere in feudum et paratus sit compromittere de jure et de concordia in prefatos dominos senescallum et fredericum de omni discordia que esset inter ipsum dominum johannem et aliquem seu aliquos fideles regios voluntatem suam de predictis declaret infra dies XV. proximos dicti uero domini de carreto declarare debeant suam voluntatem de predictis infra unum mensem proximum. Item solepni stipulacione promiserunt prefati domini senescallus marchio montisferrati et sindicus communis astensis nominibus quibus supra predicto procuratori stipulanti et recipienti ut supra nullo tempore facere pacem et treguam seu guerram recreuptam cum domino philippo de sabaudia predicto seu eius heredibus sub aliquo ingenio uel colore absque expresso consenssu ipsorum dominorum frederici et thome et absque eorum speciali micione et simili modo promisit dictus procurator nomine dictorum domini frederici et thome predictis domino senescallo marchioni montisferrati et sindico comunis astensis stipulanti et recipienti ut supra non facere pacem treuguam seu guerram recreutam cum predicto domino philippo absque expresso consenssu ipsorum. Item actum fuit inter partes predictas per pactum expressum quod omnes carcerati et detenti hinc inde libere relaxentur et fidejussores et pignora liberentur. Item actum fuit inter partes predictas per pactum expressum solepni stipulatione vallatum quod omnis processus factus per prefatos dominos uel eorum officiales seu alterum ipsorum uel aliquem singularem personam dictarum partium ocasione alicuius maleficii uel excessus omicidii captorum partium in veraxactione et occupationis locorum uel predictarum uel alia quacumque ratione uel causa cassentur et iritentur ita quod omnis processus hinc et inde quomodocumque bannire cancellentur de libris ipsorum bannorum et pro cassis et cancellatis ex nunc penitus et totaliter abeantur et libere

ac securiter ire possint de loco ad locum moram trahere mercari et negociari ad suam liberam voluntatem sic amicus cum amico non obstantibus ipsis bannis. Item actum fuit inter partes predictas quod cambia seu repressalie de cetero concedi non possint per partes predictas et si concederentur quod ipsa cambia non valeant nec teneant nec aliquid ipsis cambiis dici possit sed si aliqua discordia nasceretur inter aliquas singulares personas ipsarum partium quod ipsa questio terminetur et ad concordiam redducatur summarie et de plano sine strepitu et figura judicii si vero aliqua cambia sunt concessa per predictas partes suspendantur et pendeant usque ad duos annos proximos infra quem tamen debeant ipsa cambia amicabiliter concordare. Item promisit et conuenit predictus procurator procuratorio nomine quo supra predictis dominis senescallo marchioni montisferrati et sindico comunis astensis recipienti ut supra quod dicti dominus fredericus et thomas eorum posse defendent manutenebunt et conseruabunt totam terram regiam dicti dom. marchionis montisferrati et dicti comunis astensis acquisitam et aquirendam et eorum homines et vassallos res et bona et uersa uice dicti domini senescallus marchio montisferrati et sindicus comunis astensis nominibus quibus supra solepniter promiserunt dicto procuratori recipienti et stipulanti ut supra defendere manutenere et conseruare totis viribus et pro posse totam terram ipsorum domini frederici et thome habitam et habendam ipsorum vassallos et homines presentes et futuros et homines vassallorum suorum et res et bona eorum. Item actum fuit inter partes predictas per pactum expressum solepni stipulatione vallatum quod occazione dictarum seu infrascriptarum promissionum et obbligationum non teneantur predicti domini fredericus et thomas intrare incipere facere uel mouere guerram aliquam domino philippo de sabaudia predicto citra festum sancti michaelis proxime venturi nec dominus marchio montisferrati predictus ipsos dominum fredericum et thomam requisiuit de predictis quia

hec dicte partes dicti domini marchionis montisferrati arbitrio reliquerunt et specialiter comisserunt et secundum quod dictus dominus marchio mandaret predictis dominis frederico et thome de incipiendo guerra ante festum sancti michaelis et incontinenti incipere teneantur post festum uero dicti sancti michaelis incontinenti guerram incipere et facere teneantur contra omnes inimicos regios et comunis astensis sine aliqua requisitione. Item conuenit inter partes predictas quod ipsi dominus fredericus et thomas seu ipsorum eredes occazione dictarum promissionum seu infrascripte obligationis nullo tempore teneantur facere guerram aliquam contra spectabilem et magnificum virum dominum adzonem uice comitem dominum mediolani. Item promiserunt solemniter predictus dominus senescallus et sindacus comunis astensis se facturos et curaturos cum effectu quod predictus dominus rex predicta infrascripta et singula approbabit et ratificabit integraliter citra festum natiuitatis domini proxime venturum et quod omnia loca regia pedemontis et lombardie et ciuitates ipsorum locorum et rectores ipsorum locorum ac societates et uniuersitates predicta omnia et singula approbabunt cum juramento et ratificabunt cum effectu citra festum sancti michaelis proxime venturum. Que omnia et singula etc.

Actum in ast in viridario fratrum minorum in presencia dominorum laurenci polderici de neapoli doctoris decretorum commissarii regi joannis de ebulo capitani regi guerre lancie de contexellis uberti comitis de coconato henrici de auzzano guiglielmi de coconato philippi de tilio francisci de gabiano fratres nicolini de romagnano et berengerii de viscardis astensis antonii de berrutis detherdona bunii de buniis judicis de ast juris peritorum stephani de porcellis de cremona leonis de prato judicum domini marchionis montisferrati predicti quagliette pellette et plurium aliorum testium vocatorum et specialiter rogatorum.

Et ego henricus ricconellus de racunixio taurinensis diocesis imperiali auctoritate notarius publicus scribaque prefati illustris domini frederici de salucio vocatus et rogatus scripsi et signum meum in testimonium premissorum apposui consuetum.

N. XXXIX.

Sentenza di morte contra Enrietto Zucchi.
1334. 23. *ottobre.*

Henrietus filius naturalis quondam domini odonis zuche olim prepositi taurinensis qui detentus est in forcia supradicti domini vicarii (nobilis viris domini ribaldi domini ripalte) et qui presens est ad hanc sententiam audiendam et contra quem processum fuit per inquisitionem formatam ex officio domini judicis in eo et super eo quod ad aures ipsius domini judicis fama publica referente pervenerit quod ipse bastardus una cum aliis coram pluribus complicibus et sequacibus tam clericis quam laicis quorum nomina ad presens tacentur de anno presenti et mensibus madii et septembris proxime preteritis eorum audacia et temeraria presumptione diabolica inspiratione inspirati trataverunt procuraverunt et tratando et procurando sicut ei et ex proposito operam dederunt quod civitas taurinensis prodictionaliter poneretur in manibus et potentia marchionis montisferrati senescalli domini regis roberti et frederici de saluciis et ostibus et inimicis publicis bene recordationis illustris domini philippi de sabaudia principis achaye et quod idem dominus princeps dominio ipsius civitatis privaretur et quod homines habitantes in civitate predicta fideles eiusdem domini principis morte crudeli afficerentur et eorum bonis et rebus privarentur per inimicos jam dictos et eorum sequaces

tratantes procurantes et operam dantes circha tratatum pridem et ad perfectionem ipsius et per ipsos non stetit quin dicta civitas cives et eorum bona in manibus et potentia inimicorum supradictorum et eorum sequacium poneretur ac perveniret prout in ipsa inquisitione plenius et lacius continetur. Super qua quidem inquisitione et contentis in ea ipse bastardus jurans dicere veritatem in presentia ipsius domini judicis sua propria spontanea voluntate dixit et confessus fuit ut infra. Primo quod ipse bastardus de anno presenti et mense madii proxime preteriti fuit aput salucias de precepto johannis zuche prepositi taurini ad federicum de saluciis cum litteris credencie ipsius prepositi exponens dicto federico ex parte ipsius prepositi quod de hiis de quibus ipse fredericus fuerat locutus de preposito veniam curam et diligentiam habebat et quod credebat quod multi consentirent et ipse fredericus respondit vade et dicas preposito quod sum paratus quandocumque voluerit habere armigeros dans eidem signum quod quociens ipsos armigeros haberet paratos dicto preposito quod pecunia domini odonis teste erat parata et sic reversus est taurinum et predicta retulit dicto preposito. Interrogatus que erant illa que dictus prepositus facere debebat respondit tradere prodictionaliter civitatem taurini dicto frederico. Item dixit et confessus fuit quod tempore quo dominus princeps erat in exercitu apud sanctum georgium dictus fredericus mandans quandam literam dicto preposito in qua continebatur quod pecunia domini odonis erat parata et tunc dictus prepositus mandavit dictum bastardum dicto frederico ordinans cum eo quod in die martis sequenti ipse fredericus debebat venire aput taurinum ad portam palacii et illam dictus prepositus cum ejus sociis frangere debebat et ipsum fredericum cum cumplicibus suis intra civitatem introducere et cum dictus princeps hoc audito recederet de exercitu predicti marchio et senescalcus debebant insultare exercitum et dictum principem et ipse fredericus debebat exire

civitatem taurini et esse obviam dicto domino principi et exercitui et ipsos omnes ponere ad mortem et ruinam. Sed ipse tratatus non fuit completus quia dictus dominus princeps et exercitus recesserunt in die sabbati ante illam diem martis ordinatam. Item dixit quod de mense augusti proxime preterito existente domino principe aput villam francam cum exercitu suo ipse bastardus de precepto dicti prepositi ivit ad loquendum cum petro silo qui erat ibidem causa complendi tratatus pridem sed idem petrus respondit quod bonum erat spectare quod primitus facerent predicti marchio et senescalcus et fredericus. Item dixit quod de mense septembris proxime preteriti existente domino principe cum exercitu suo aput caburrum post combustionem ozaschi prepositus mandavit eum aput bricherasium ad loquendum cum petro silo ad dicendum eidem quod negocium nimis tardabat atque bonum esset illum ducere ad effectum et tunc dictus petrus respondit quod bene placebat sed primitus volo esse securus per unum ex castris domini marchionis quod poneret in manibus guillelmi de coconato et valfredi de montecucho quod si contingeret nos deficere in tractatu quod illi de silis et de zuchis haberent sibi necessaria et rediens taurinum predicta retulit dicto prepossito deinde idem bastardus ivit apud bargias ex parte dominorum prepositi et petri dicens dicto frederico quod negocium erat paratum sed primitus credebant esse securi de castro antedicto et habita promixione de securitate dicti castri ordinavit quod quadam die jovis exercitus ipsorum debebat venire aput campiglionum et die veneris sequenti aput buriaschum et facto sero ducenti armigeri debebant recedere de exercitu qui debebant ire versus taurinum tota nocte pro facienda intrata die sabbati in aurora et totus exercitus postea eos sequi debebat dicentes dicto bastardino quod ordinaret quod apud sanctam mariam de campagna essent aliqui qui scirent ipsos armigeros ducere apud taurinum quibus sic ordinatis fuit locutus cum petro silo in

bracayrasio narrando ordinata predicta qui petrus dixit vadas taurinum et dicas preposito quod debeat omnia preparare et si potero recedam de bricayrasio statim et veniam taurinum si autem non potero recedere ero aput sanctam mariam de campagna cum aliis gentibus que ibi debent interesse et sic eadem die dictus bastardus reversus est taurinum narrando dicto preposito ordinationem predictam qui prepositus statim mandavit pro compluribus hominibus de taurino tam canonicis et clericis quam laycis et aliunde qui debebant esse cum ipso ad faciendum et complendum tratatum predictum dicens quod ipse ordinavit cum dicto preposito per modum infrascriptum videlicet quod ipse prepositus haberet homines armatos in domo sua et debebat ponere super campanile majoris ecclesie jacometum marentinum et thomam zucham ipse vero bastardus debebat ire aput sanctam mariam de campagna et aducere armigeros qui ibi debebant interesse et cum essent retro sanctam margaritam debebant facere quandam insignam ignis quam cum viderent illi qui essent super campanile debebant notificare preposito et ipse prepositus exire debebat cum hominibus armatis et ire ad portam palacii et ponere VI. homines super dictam portam et aliquos alios super domum anthonii berardi et duo plaustra in via ante portam inter domum anthonii berardi et domum odayne et dictus prepositus una cum aliis debebant frangere portam ipse vero bastardus debebat ducere armigeros per fosatum lungum usque in viam pontis et deinde ad portam palacii et in terra civitatis et ipsam capere. Interrogatus cujus esse debebat dicta civitas respondit quod marchio et fridericus habebant certa pacta que nescit interrogatus si erant ibi ordinatum fieri omicidium et robarie respondit sic ad postam illorum de silis et de zuchis. Item dixit quod ipse henrietus bastardus cum rufineto bertano ipsa die veneris in sero venit apud sanctam mariam de campanea et ibi steterunt tota nocte et in hora medie noctis ibi venit petrus silus

jacobus zucha et frater bixetus et videntes quod gentes non venerunt sicut fuerat ordinatum dictus petrus et alii venerunt versus taurinum et idem bastardus secutus fuit eos per aliam viam et cum fuit in domo prepositi invenit ibidem petrum silum dicentem dicto preposito ego volo recedere quia admodum negocium non erat securum ex quo tot gentes fuerunt congregate in domo vestra aut vos mandabitis bastardum adhuc bargias ad dicendum dictis domino marchioni et frederico quod mittant hac nocte CC. armigeros aut plures ita quod sint in aurora aput taurinum alioquin nos recedemus de taurino quibus dictis ipse bastardus reversus fuit bargias deinde ivit aput villam novam de moretta ubi loquutus est dicto frederico ex parte dictorum prepositi et petri quod si volebat dictum negotium adimplere quod mitteret CC. armigeros qui essent aput taurinum die dominica in aurora alioquin omnes volebant recedere de taurino qui fredericus habito colloquio cum senescalco et marchione excusavit se quod populus cuney habuerat disensionem inter se et quod illa nocte non poterant mittere armigeros quia erant lasati et balancati in captione villenove sed nocte sequenti equitaret ita quod essent aput taurinum in aurora pro perfectione dicti tratatus et quod ipse henrietus iret aput racunisium et mandaret presbiterum johannem de silis canonicum taurini qui ibi erat versus taurinum et diceret dictis preposito et petro quod confortarent se et pararent omnia necessaria quia die lune in aurora essent ibidem cum eorum gentibus et hiis dictis ipse henrietus venit versus racunisium pro predictis adimplendis cum desendisset de equo causa aperhiendi quamdam bareriam quidam servientes ipsum ceperunt et duxerunt ipsum saviglianum et quod ultra factum fuit dicto tractatu ipse ignorat. Ideo predictus dominus judex considerata ipsius malicia et iniquitate et quod ipse tantum et tale maleficium et sic enorme quod erat nedum proditor domini civitatis et civium sed etiam ruina tocius patrie

quamvis mors et eidem debeat reputari solacium considerans ejus malis voluntatibus et actibus contra ipsum bastardum sedendo pro tribunali loco consueto et juridico talem protulit sententiam in scriptis videlicet quod ipse ducatur vel trahatur ad portam palacii ad locum per quem civitatem predictam tradere et prodere volebat et ibi suspendatur per gullam ita quod in loco pro quo cives et habitantes in loco volebat indebite afrigere pena debita castigetur ad exemplum et terrorem aliorum similia volencium perpetrare et in solatium injuriarum per eundem et quod omnia eius bona confisquentur et aplicata sint camere supreme dicti domini principis per hanc sententiam nostram definitivam.

Lecta et publicata fuit dicta sententia condemnatoria per supradictum dominum judicem pro tribunali sedentem loco jurisdico et consueto super palacio borgensi ubi jus reditur in publica concione convocata et admasata per voces preconum et sonum campane more presentibus testibus domino johanne mascharo johanino de gorzan et magistro meltoro et quampluribus aliis anno domini MCCCXXXIIII. ind. II. die XXIII. octobris.

DOCUMENTI
DEL LIBRO SECONDO

DOCUMENTI

N. I.

Aimone conte di Savoia investisce il principe Giacomo dei dominii del Piemonte.
1334. 28. *settembre.*

Anno dominice nativitatis millesimo CCC. XXX. quarto indictione secunda die mercurii XXVIII. mensis septembris. Actum apud pinayrolium in castro dicti loci infra turrim que dicitur belliregardi in camera ipsius turris secus magnam salam presentibus illustri viro domino amedeo comite gebennensi reuerendo in xpo patre domino rodulpho abbate sancti michaelis de clusa fratre bertholoto de prouanis ministro fratrum minorum dominis guillelmo domino intramoncium noui et montisbelli petro de bersatoribus militibus dominis johanne de meyriaco et augustino de mediis barbis jurisperitis nobilibusque bonifacio de lucerna hueto de plozasco condomino noni brunone de plozasco condomino publiciarum bonifacio de scalengiis oberto de scalengiis hugoneto de prouanis symundo de canalibus francisco nassaporis testibus ad infrascripta vocatis et rogatis. Per hoc publicum instrumentum cunctis appareat euidenter quod viris illustribus domino aymone comite sabaudie ex una parte et jacobo de sabaudia filio et herede legitimo et uniuersali recordationis inclite domini philippi de sabaudia principis achaye ex altera inuicem constitutis coram me notario et testibus suprascriptis propter ea que sequuntur. Idem jacobus qui nuper dicto domino philippo viam uniuerse carnis

ingresso successit in feudis omnibus que idem dominus philippus ab ipso domino comite tenebat et tenere debebat sub homagio ligio et de directo dominio ipsius domini comitis petit cum instencia per ipsum dominum comitem de ipsis feudis investiri et se ad dictum homagium recipi et admitti. Qui dominus comes predictum jacobum de bonis rebus feudis et juribus que et quas idem dominus princeps olim tenebat et nunc tenet de feudo dicti domini comitis et comitatus sabaudie presentem et recipientem realiter et personaliter inuestivit saluo jure suo et alieno et idem jacobus inuestituram a dicto domino comite recepit per traditionem factam a dicto domino comite et receptionem factam a dicto jacobo cuiusdam magni cutelli sicut moris est dicti domini comitis inuestituram suis fidelibus et vassallis prestare. Qua inuestitura ut supra prestita et recepta idem jacobus pro se suisque heredibus confitetur asserit et publice recognoscit ad instantiam et requisitionem dicti domini comitis presentis et recipientis pro se et suis heredibus se esse et esse debere et velle hominem ligium et fidelem vassallum dicti domini comitis pre omnibus aliis hominibus quicumque sint et esse possint dictoque domino comiti recipienti ut supra homagium et fidelitatem facit inmissis manibus ipsius jacobi infra manus eiusdem domini comitis cum expressione verborum fidelitatis et homagii et osculo fidelitatis federis et amoris interueniente sicut moris est inter eos et sicut fecit et tenebatur idem dominus philippus quondam eius pater dicto domino comiti promittens insuper idem jacobus pro se et suis heredibus dicto domino comiti recipienti pro se et suis heredibus bona fide et per juramentum suum ad sancta dei evangelia corporaliter prestitum esse fidelis perpetuo dicto domino comiti et eius heredibus dictique domini comitis personam honorem statum et bona ab omnibus et contra omnes quoscumque deffendere et saluare dictoque domino comiti et suis facere et prestare omnia et singula que verus et fidelis vassallus ligius

facere et prestare tenetur domino suo ligio. Et ea que continentur in forma fidelitatis noua et veteri et ea omnia inuiolabiliter obseruare de quibus preceperunt fieri publica instrumenta.

Et ego merletus poncie de rippolis notarius publicus hoc instrumentum receptum et notatum per thomam poncie notarium patrem meum quondam auctoritate mi concessa ab illustri principe domino amedeo comite sabaudie de eius protocollo et sicut in eo inueni contineri scripsi leuaui transcripsi autenticaui et in formam publicam redegi nichil addito immutato uel detracto quod immutet substanciam veritatis et ideo me subscripsi signoque meo consueto signaui.

N. II.

Lettera al comune di Torino per soccorrere Sommariva del Bosco.
1335. 20. *giugno.*

Jacobus de sabaudia etc. Significamus vobis quod hostes nostri cum toto eorum exforcio peditum et equitum locum nostrum summeripe de boscho tenent obsessum et cum intendamus pressencialiter dictum locum nostrum sucurrere cum dei et amicorum auxilio et cum eisdem bellum habere campalle rogamus prout possumus quatenus in quantum nostrum diligitis commodum et proficium ordinare velictis incontinenti et vissis presentibus quod omnes equites nostri de taurino ad nos die noctuque apud cargnanum cum equis et armis veniant incenssanter.

Datas cargnani die XX. junii cum sigillo nostro segreto millesimo tercentesimo trigesimo quinto.

N. III.

Trattato di pace tra Catterina principessa d'Acaia, ed il siniscalco del re Roberto.
1335. *in luglio.*

Hec sunt pacta et conuentiones inter catterinam de vienna principissam achaye et gotoffredum de marsano siniscalcum regis roberti in partibus pedemontis. In primis quod inter dictas partes homines subditos et vasallos ipsarum partium sit vera pax et concordia cum pactis et conditionibus infrascriptis.

Item quot dictus dominus jacobus tenebit et recognoscet in feudum castrum foxani cum juribus et pertinentiis suis a dicto domino nostro rege et de hoc ei faciet fidelitatem et seruitium secondum dispositionem dicti domini regis prout est consuetum fieri in talibus uel similibus in partibus pedemontis et ex nunc faciet inde fidelitatem dictus dominus jacobus in manibus dicti senescalli et capitanei generalis recipientis pro parte dicti domini nostri regis. Item quot de dicto castro et pertinentiis foxani et aliis terris quas habet dictus dominus jacobus citra montes in partibus pedemontis et lombardie uel habiturus est faciet guerram contra hostes regios sicut si essent sui hostes ad requisitionem dicti domini regis seu officiali sui sicut faceret pro se ipso preter quam contra illos de sabaudia et terras eorum. Et uersa uice dictus dominus rex de gente terrarum suarum comitatus pedemontis et partium lombardie guerram faciet contra hostes dicti domini jacobi citra montes prout faceret pro se ipso preter quam contra fideles et subditos et vasallos regios et illos qui de presenti sunt in liga cum dicto domino nostro rege. Item quot dictus dominus jacobus libere restituet et assignabit in manibus dicti domini senescalli et capitanei generalis terram seu locum saviliani cum

juribus et pertinentiis suis omnibus pro parte domini regis et quot de cetero terra ipsa cum dictis juribus et pertinentiis suis omnibus pertineat et sit pleno jure quo ad usumfructum et proprietatem semper dicti domini regis heredum et successorum suorum et omni juri sibi competenti super hoc dictus dominus jacobus renunciabit quod habet uel habere posset per se uel alium directe uel indirecte in terra saviliani predicta ac juribus et pertinentiis suis eisdem et si quod jus haberet cedet dicto domino senescallo et capitaneo generali recipienti terram predictam nomine et pro parte dicti domini regis. Item quot pro predictis obseruandis dictus dominus jacobus dabit pro obsidibus duos ex fratribus suis sillicet thomam et unum ex aliis et duodecim vasallos suos de terris suis et de saviliano ad ellexionem ipsius domini senescalli et capitanei generalis hoc addito et tali conditione quot si dicta pax et concordia placebit dicto domino nostro regi quod dictus senescallus et capitaneus habita dicta terra savigliani ut dictum est restituet dictos obsides et si dicta pax et concordia modis facta dicto domino regi forsitan non placeret quod dictus senescallus et capitaneus restituet dictos obsides et erunt in guerra prius et quod dicta fidelitas per dictum dominum jacobum prestita sit nulla et presentia pacta nullum habeant vigorem. Interim tamen debet esse inter predictas partes treuga donec de predictis responsum habebitur a dicto domino rege et octo diebus postquam significatum fuerit de responso per dictum dominum senescallum et capitaneum dicto domino jacobo uel per dictum dominum jacobum ipsi domino senescallo de respontione domini regis quod dictus dominus rex nollet acceptare treugam et pacem predictam. Item quod de terris castris villis questionibus et litibus seu controuersiis quas habet dictus dominus jacobus cum magnifico domino marchione montisferrati et cum domino frederico de saluciis et comuni astensi stabit determinationi domini regis predicti seu dicti goffredi si dominus rex sibi committet. Et si forte

dictus dominus jacobus nollet obseruare predictam determinationem regiam seu dicti goffredi si sibi committet quod predicta terra saviliani cum juribus et pertinentiis suis remaneat dicto domino regi nichilominus predictis non obstantibus dictus dominus rex et eius senescallus sint cum obseruantibus pronunciata contra dictum dominum jacobum. Et si dictus dominus marchio uel dictus dominus fredericus uel comune astense non obseruarent pronunciata sit dictus dominus rex et eius senescallus cum obseruare volentibus et contra non obseruare volentes. Item quod omnes fideiussiones et cautiones prestite domino philippo de sabaudia seu alteri recipienti nomine eius per captos in loco tegeroni cassentur et liberentur per dictum dominum jacobum et redemptiones pro infrascriptis solute restituantur eis et sinibaldo de solario quod soluit pro redemtione guione filii sui. Quibus capitatis per ipsos dominam caterinam et jacobum hortensis coram nobis ac per nos visis et diligenter inspectis ac seriose perlectis prefata domina caterina infrascripto die et in nostra presentia prius ad sancta dei euangelia corporaliter tacta jurauit predictum dominum jacobum eius filium esse predicte etatis maiorem scillicet annis quatuordecim ut prefertur seque esse idoneam curatricem eiusdem jacobi nati sui. Et simili modo jurauit idem jacobus ad sancta dei euangelia corporaliter tacta se esse etatis maiorem annis quatuordecim ut prefertur et quod ipsa domina caterina est curatrix sua ut premittitur.

N. IV.

Lettera al vicario di Torino
per la pubblicazione della tregua col re Roberto.
1335. 18. *luglio.*

Katellina de viennesio etc.

Significamus vobis quod nos christo duce fecimus bonam et perdurabilem treuguam cum domino senescalco regio pro se et omnibus gentibus terre regis qua propter vobis iniungimus et expresse mandamus quatenus dictam treugam statim et de presenti publicari et cridari faciatis per ciuitatem taurini locis consuetis et quod quelibet persona dictam treugam debeat inuiolabiliter obseruare et se abstinere ab omnibus offensionibus terre regis et personarum et rerum earundem sub pena corporis et avere et eciam faciatis cridari quod nulla persona debeat dare offensionem sub eadem pena gentibus seu terre marchionis montisferrati donec aliud a nobis receperint in mandatis cridas uero supradictas statim cum facte fuerint faciatis ad cautellam in actis curie nostre registrari. Datas pinayrolii die XVIII. julii.

N. V.

Lettera di pubblicazione
della tregua col marchese di Monferrato.
1335. 11. *agosto.*

Catelina de viannesio principissa etc. . . . . Treugue que . . . . . et marchionem montisferrati inhite sunt et firmate tuciorem obtineant firmitatem procedit de beneplacito

nostro quod durantibus dictis treuguis omnia contracambia sint suspensa mandantes vobis et vestrum cuilibet firmiter iniungentes quatenus vissis pressentibus per vestra regimina faciatis ..... et publice nunciari et quod nulla persona de terra nostra aliquo cambio vel ..... utti non debeat per se vel per alium contra terram dicti marchionatus sed totaliter ab ipsis abstineant ab ipsis contracambiis capiendis sub pena a quolibet contrafaciente nostro arbitrio auferenda. Item cridari modo similli faciatis prout alias mandavimus quod quelibet persona de terra nostra se debeat abstinere ab omnibus dampnis et offensis terr' dicti marchionis gencium et rerum sub pena corporis et here. Item quod nulla persona de terra nostra audeat vel pressumat equitare cum armis pro subsidio alicuius causa dandi offensas terre predicte marchionis vel suis districtualibus absque nostra licentia vel mandato sub eadem pena a contrafaciente quolibet nostro arbitrio auferenda presentes vero postquam eas inspexeritis et in actis feceritis registrari restitui volumus pressentanti. Item nulla persona vadat ad stipendia alicuius cum armis absque nostra licentia vel mandato.

Dacta pynarollii die XI. mensis augusti MCCCXXXV.

N. VI.

Promessa di matrimonio tra Giacomo d'Acaia, e Beatrisina di Saluzzo.
1337. 5. *marzo.*

In nomine domini amen. Anno eiusdem milleximo tercentesimo trigesimo septimo indictione decima die quinta mensis martii in castro pancalery presentibus dominis leone de ripa joanino de cuppis juris peritis merlone de plosasco joanne de scalengis rizardo provana et jacobo organna te-

stibus vocatis et rogatis infrascripta sunt pacta tractata conventa et vinculo sacramenti firmata inter illustrem dominam caterinam de vienna principissam achaie et jacobum filium suum ex una parte et illustrem virum dominum thomam de salutiis ex altera.

Primo promisit et juravit prefatus dominus princeps habita dispensatione a summo pontifice accipere in uxorem beatrisinam filiam ipsius domini thome et ad ipsam dispensationem obtinendam usque ad medium mensis augusti promiserunt et juraverunt prefata domina principissa et jacobus pro viribus operari ita quod si per ipsum dominum remaneret quominus dictum matrimonium compleatur quod ipse ex nunc quitat et liberat et absolvit ipsum dominum thomam de fidelitate quam idem dominus thomas eidem domino principi facere tenetur et debet de castris carmagnolie racunixi et revelli versa vice promisit et juravit idem dominus thomas se facturum et efficaciter curaturum habita dispensatione predicta quod beatrisina eius filia consentiat in ipsum dominum principem tanquam in eius legitimum maritum et ei prestabit nomine dotis tantum quantum dicent dominus gullielmus de montebello bertolonus provana benedictus de biandrato et paliucius de noceto et si predicti convenire non possent quod predicta domina principissa et domina rizarda uxor domini thome sint de medio et si per ipsum dominum thomam remaneret quominus predicta effectui mancipentur ex nunc supra dictus dominus thomas eidem domino principi pleno jure predicta castra carmagnolie racunixi et revelli dedit et tradidit et ad predictam dispensationem obtinendam juravit dictus dominus thomas dare pro viribus operam et virtutem et juraverunt partes non impedire dictos dominos gullielmum de montebello bertolonum provana benedictum de biandrate et paliucium de nuceto quominus dicant et declarant prout eis videbitur in predictis qui predicti domini gullielmus bertolonus benedictus et paliucius juraverunt bene et fideliter in predictas

facere dictam et declaratam prout eis videbitur et predicta dictentur prout melius dictari poterunt ita quod habeant robur et firmitatem rei substantia non mutata.

Anno indict. quibus supra die martis sexta mensis marcii in cassali grasso in domo manfredi de sancta victoria condomini dicti loci presentibus dominis leone de ripa joanino de cuppis juris peritis merlone de plosasco ugonino et rizardo de provanis et joanne de scalengis testibus vocatis et rogatis predicti domini gullielmus de montebello bertolonius provana benedictus de biandrate et paliuccius de noceto presentibus et consencientibus illustribus domina principissa et domina rizarda predictis dixerunt et pronunciaverunt vigore dicte balie eis a partibus attribute quod prefatus dominus thomas dare debeat nomine dotis dicte beatrissine eidem domino principi florenos tredecim millia boni auri et ponderis videlicet medietatem quando dominus princeps ducet ipsam beatrissinam et aliam medietatem prout ordinaverint dicti quatuor et super augmento dotis et securitatibus prestandis et aliis opportunis predicti quatuor reservarunt sibi potestatem omnimodam de ipsarum partium voluntate presencium approbancium jurancium attendere pronunciacionem predictam et omnia alia que per ipsos quatuor pronunciabuntur super predictis.

N. VII.

Arbitrato del conte Aimone nelle differenze tra Giacomo principe d'Acaia, e Gioanni marchese di Monferrato.
1341. 5. *febbraio.*

In nomine domini nostri yhu xpi amen. Anno eiusdem natiuitatis millesimo CCCXLI. die quinta mensis februari per hoc publicum instrumentum cunctis appareat euidenter

quod dudum exorte fuerint cause questiones dissenciones multiplices et querele inter viros illustres inclite recordacionis dominum philippum de sabaudia principem achaye quondam ex una parte et dominum theodorum marchionem montisferrati quondam ex altera nec non inter ipsum dominum theodorum marchionem ex una parte et virum illustrem dom. jacobum de sabaudia nunc principem achaye ex altera et eciam inter ipsum dominum jacobum et virum illustrem dominum johannem nunc marchionem montisferrati. Que adhuc vigent multipliciter et vertuntur inter ipsos dom. johannem marchionem et dom. jacobum principem occasione plurium castrorum villarum locorum feudorum et jurium nec non dampnorum offensionum et iniuriarum que una pars ab altera petebat sibi restitui et emendari. Et multis ac diuersis aliis occasionibus et de causis ex quibus inter dictas partes ac nobiles et vassallos villas terras loca homines et subditos eorundem insurrexerunt et subsequute sunt inimicitie odia maliuolencie oscuritates guerre bella neces strages et captiuitates hominum obsessiones et occupationes castrorum et villarum incendia ruyne dampna offensiones et pestes multipliciter hinc inde. Intantum quod tota patria pedemontis canapicii et montisferrati peste guerrarum oppressa ruine periculis et prodicionis scandalis subiacebat. Tandemque saluator noster yhus xpus qui pacem suis reliquit discipulis pacemque humano generi predicans quam hostis condicionis humane cecitatis subiectorum sensibus semper satagit impugnare cordibus dictorum dominorum inseruerit qui ab offensionibus dampnis guerris iniuriis et pestibus aliis faciendis dandis et inferendis abstinentes hinc inde ad pacis statum et tranquillitatis essentiam se reduci consenciant et conforment circa quem bonum statum tractandum et procurandum illustris princeps dominus aymo comes sabaudie dominus dicti domini principis et affinis dicti domini marchionis qui tam ex debito vinculi consanguinitatis et carnis quam caritatis et naturalis amoris dictum

bonum statum inducere et procurare tenetur jam sepius cordialiter et effectualiter laboravit. Hinc est quod prefati dominus jacobus de sabaudia princeps achaye et dom. johannes marchio montisferrati elegerunt concorditer et unanimi voluntate dictum dominum comitem sabaudie mediatorem et compromissarium eorundem et in eum se se pro se et suis heredibus et successoribus quibuscumque compromiserunt et plenum validiciusque compromissum fecerunt tamquam in dominum arbitrum et arbitratorem amicabilem compositorem et comunem amicum. Qui quidem dominus comes dei nomine inuocato a quo prodeunt cuncta bona definiuit dixit pronunciauit arbitratus fuit precepit et ordinauit.

In primis quod dicti domini princeps et marchio hinc inde et alter alteri sibi de presenti remitant bono corde omnem rancorem et odium conceptum in cordibus eorundem et omnes iniurias guerras et maliuolentias existentes quomodolibet inter eos et eciam eodem modo remittant rancorem et odium in eorum cordibus generatum contra quascumque alias personas racione uel occasione guerrarum parcium predictarum et de cetero sit inter dictas partes bona pax tranquillitas et concordia. Item quod feuda fidelitates et homagia castrorum et mandamentorum septimi roche leynici et duruenti sint et esse debeant et remaneant in manu dicti domini comitis usque ad X. annos proxime subsequentes et quod dicti domini princeps et marchio preuenire teneantur cum effectu quod vassalli et consortes dicta castra et loca tenentes infra XXX. dies proximos ea recognoscant a dicto domino comite se tenere. Quod si quod absit declaratum fuerit per dictum dominum comitem aliquem dictorum dominorum infra ipsum tempus X. annorum contra pacem predictam venisse fedelitates predicte ad pacem seruantem pertineant pleno jure. Item idem dominus comes declarauit predicta feuda indiuisa. Item quod dictus dominus princeps infra octo dies postquam prestite fuerint cautiones pro parte dicti domini marchionis castrum calusii

quod ad se idem dominus marchio pertinere dicebat cum omnibus suis juribus et pertinenciis saluo tamen jure alterius cuiuscumque persone non habentis causam a domino principe memorato reddat et expediat cum effectu dicto domino marchioni et jura in eo sibi competentia ei cedat. Item quod dictus dominus princeps possit recuperare dimidiam partem ripe quam astenses nunc detinent occupatam. Item quod dictus dominus princeps non obstantibus supra et infrascriptis possit dom. regi roberto seruire sicut bonus vassallus domino suo seruire tenetur. Item quod idem dominus marchio possit thome marchioni saluciarum ad defensionem terre sue non intrando tamen terram ipsius domini principis causa offensionis auxiliarii et seruire pro libito voluntatis quum dictus thomas in pace presenti non intelligatur comprehensus propter specialem guerram quam habet cum eo dictus princeps.

Que omnia et singula per dictum dominum comitem pronunciata et arbitrata ut supra dicte partes ibidem presentes incontinenti laudauerunt emologauerunt approbauerunt et confirmauerunt. Acta fuerunt omnia et singula suprascripta in castro ciriaci in sala ipsius castri presentibus etc.

Et ego thomas poncie de ripolis imperiali auctoritate publicus dictique domini comitis notarius omnibus et singulis supra scriptis presens fui et ea propria manu scripsi.

N. VIII.

Gioanni marchese di Monferrato dichiara la guerra a Giacomo principe d'Acaia.
1341. 8. *dicembre.*

Anno domini millesimo CCC. XLI. indict. IX. die VIII. mensis decembris in castro pinarolii presentibus dominis

jacobo de giliis johanne desantinis de pinarolio juris peritis vieto de ayrascha atque aliis ad hec vocatis. Nouerint uniuersi et singuli ad quos presens peruenerit instrumentum quod frater jordanus de braydis de riparia ordinis et conuentus fratrum minorum de clauaxio dicens et asserens se nuncium specialem ad hoc domini johannis marchionis montisferrati obtulit et presentauit ex parte ipsius marchionis montisferrati illustri et magnifico viro dom. jacobo de sabaudia principi achaye litteras infrascripti tenoris sigillo ipsius marchionis cera rubea sigillatas exterius continentes illustri et magnifico viro domino jacobo de sabaudia principi achaye consanguineo bonus et intrinsecus ut infra. Sicut vos non credimus ignorare jamdudum cum magnis nostris dispendiis et laboribus tactis nos et vos affectamus pacem et bonam voluntatem et pro nobis non stat nec stetit quia pax et concordia ut decet et conuenit perseueret ac exinde collera submiximus et nos et nostra expossuimus sub nominibus domini comitis sabaudie auunculi nostri qui sicut placuit et voluit inter nos et vos pronunciauit et quamvis ex eius tali pronunciatione nos in excesso sentiremus esse grauatos nichilominus propter bonum pacis contentabamus de vobis si ea non modica jura nobis forent restituta que per eum dom. comitem pronunciata stiterat et spectabamus de die in diem ut nos vestra humilitas et cor vestrum demularet sed ad finem nos esse nostra intentione et spe defraudatos inuenimus quia dum aussi eramus soluere querimus nedum inuenimus ligauisse et vestrum cor erga nos induratum extitit more faronis ut nec circa ipsam nobis nocumenta inferenda quotidie speratis et toto chonamine vestro intenditis prout ipsa vestra opera dillucide manifestant. Quare cum non possemus ulterius oculis conniuentibus pertranxire talia et tanta discrimina chonamine licet inuicti ad recuperationem nostrorum jurium nostro posse solerter intendere ut tenemus et juris ratio nos abstringit et idcirco serie vos volumus per presentes et per hunc familiarem nostrum

presencium exhibitione quem ad vos hac speciali de causa transmittimus quod ab hodierna die in antea vos deffidamus et vestrates et intendimus vos et vestrates offendere nostro posse usque ad recuperationem bonorum et jurium que nobis illicite et indebite contra deum et justiciam detinetis. Dat. clauaxii die VI. decembris johannes marchio montisferrati. Quibus presentatione et litterarum continentia ibidem vissis et intellectis idem dominus princeps respondit quod per ipsum non stabat nec steterat quominus faceret et adimpleret omnia et singula que facere et adimplere tenebatur quamvis sibi male sententiata fuissent que fieri et obseruari debebant. De quibus quidem presentatione et traditione litterarum factis eidem domino principi per predictum fratrem jordanum ut supra nuncium ipsius domini marchionis et reseruaxione et protestatione dicti domini principis per ipsum dominum principem preceptum fuit mi notario infrascripto fieri publicum instrumentum dictandum si opus fuerit consilio sapientis.

Et ego antonius crottus de conbauiana notarius publicus hiis omnibus interfui et hanc cartam vocatus sic scripssi.

N. IX.

Tregua tra Giacomo principe d'Acaia e Gioanni marchese di Monferrato.
1342. 29. *giugno.*

In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo tercentesimo quadragesimo secundo indictione decima die vigesimanona mensis junii in civitate astensi videlicet in domibus fratrum predicatorum presentibus nobilibus viris dominis ottone de brunsvelicho petro et ottobono comitibus de cochonato bunino de buniis legum doctore jordano de collegio

johanne de cerexeto francischo cane de casali et pluribus aliis testibus ad hec vocatis et rogatis. Ibidem illustris et magnificus dominus dominus johannes marchio montisferrati volens atque desiderans ad pacis beneficium et ad debitam compositionem et concordiam laudabilem amicabiliter pervenire cum illustri et magnifico domino domino jacobo de sabaudia principe achaye ad quam quidem pacem sepius devenerunt primum antecedentibus treuguis quibus autem durantibus ipsa pax tractatur et ad finem facilius deducitur cum sint pacis preambulum deliberatione prehabita ac maturo consilio et ex certa scientia dedit et concesit omni modo jure et forma quibus melius potuit provido et discreto viro domino petro faxolino canzellario magnificorum dominorum johannis et luchesini de vicecomitibus dominorum mediolani etc. tamquam notario ut publice persone et mi notario infrascripto ut publice persone stipulantibus et recipientibus nomine et vice domini jacobi de sabaudia antedicti ac eciam universorum et singulorum tam nobilium quam popularium ipsi domino jacobo subditorum ac etiam intrinsecorum omnium de civitate caburri dum modo non veniant seu inveniantur super finibus vel territorio dicti domini marchionis vel eorum qui pro ipso domino marchione sunt in treugua presenti nec non dominorum sancti martini castri montis turris bayrii viscarum brandicii et hominum eorundem plenam tutam firmam et inviolabilem treuguam duraturam a die presenti usque ad dies decimas septimas augusti proxime venientis tantum absque alio contramando dum modo antedictus dominus princeps ipsi domino marchioni pro se ac universis et singulis tam nobilibus quam popularibus dominio suo subiectis terre domini abbatis sancti benigni nobilibus de valpergia de maxino de vischis ac ceteris de canapitio amicis ipsius domini marchionis septimi et roche pro se ipsis et eorum hominibus faciat illud idem cum hac adiectione et pacto expresse apposito per ipsum dominum marchionem

quod quemadmodum idem dominus princeps vult bertinum de palatio et castrum brandicii esse sub presenti treuga ita et homines de brandicio qui hodie degunt sub dominio ipsius domini marchionis et eius homines sunt effecti in eadem treuga sint annumerati et sub ea intelligantur expresse tali modo quod eorum bladam et alias res quascumque colligere valeant et quecumque alia eorum negocia expedire pacifice et quiete absque predicti domini principis seu subiectorum suorum aut adherentium tali quavis molestatione quemadmodum ceteri sub eadem treuga comprehensi hoc salvo quod non intelligatur rupta infrascripta treuga per ablationem alicuius bladi. Promittens idem dominus marchio jamdicto domino petro faxolino et mi notario infrascripto stipulantibus et recipientibus nomine quo supra pro se ipsis et omnibus et singulis ipsi domino marchioni subiectis ac ceteris sequacibus suis et adherentibus sibi in dicto marchionatu suo habitantibus seu se redducentibus ibidem exceptis bannitis de gravibus maleficiis in locis clavaxii et montiscalvi quod ex nunc in antea usque ad dies decimas septimas augusti proxime subsequentis predicto domino jacobo vel subditis eius predictis nobilibus vel eorum hominibus particularibus vel in universo quovis colore vel modo ingenio seu causa que dici vel excogitari possit nullam inferet lesionem vel molestiam realem vel personalem nec inferentibus seu inferre volentibus consentiet seu facere consentire sed quod non offendantur pro viribus prohibebit et ad hoc dabit operam cum effectu et quod non dimitet vel pacietur quod aliqui offensores per eius terram transseant qui ipsum dominum principem seu aliquem ex prenominatis offendant sed quibuscumque transeuntibus seu transire volentibus ..... et posse sub pena decem millium florenorum que totiens commitatur et exigi possit quotiens contrafactum fuerit ultra restitutionem dampni quod incurreret quod deus advertat quivis ex prenominatis contra tenorem ipsius treuge offensus qua soluta vel non nichilominus ipsa

treuga in suo robore perseveret et inviolabiliter observetur cuius pene medietas perveniat et pervenire debeat in predictos dominos mediolani et alia medietas in partem offenssam sive lesam supponens idem dominus marchio in hiis omnibus tam circa exactionem pene quociens commitetur quam ad alia jurisdictioni predictorum dominorum mediolani ita quod sub ipsis possit et valeat quotiescumque et casus fuerit conveniri. Non intendens nec volens ipse dominus marchio ex presenti promisione se obligare ad dictam penam decem millium florenorum persolvendam pro illis de canapitio pro parte sua superius nominatis sed vult et consentit quod si contra tenorem presentis treuge fecerint vel commiserint quod dominus princeps jam dictus etiam domini mediolani antedicti possint et valeant contra predictos fractores de canapicio predicte treuge procedere ad vindictam pro eorum libera voluntate usque ad integram satisfationem dampni dati sine contradictione ipsius domini marchionis et hoc intelligatur de illis de canapitio solummodo inter duo flumina durie hoc addito et expressim dicto per pactum expressum quod si quem ex predictis qui positi sunt sub presenti treuga pro parte domini principis predicti offendi contingeret per ipsum antedictum dominum marchionem vel aliquem ex subiectis eius vel per alios quos ipse dominus marchio pro parte sua sub ipsa treuga possuerit et specialiter nominaverit pariter quod per illos de canapitio et alios superius nominatos per prefatum dominum marchionem inter duo flumina durie existentes et postquam ei notifficatum fuerit et ad eius noticiam devenisset dampnificato fieri facere restitutionem infra dies octo a die ipsius notifficationis numerandos pro eo casu sibi dicta restitutio facta fuerit infra dictum terminum ipsa pena nullatenus committatur sed ab ea remaneat ipse dom. marchio absolutus aliter nisi debita restitutio fieret ipsa pena commitatur ut supra. Que omnia et singula prelibatus dominus marchio solempni stipulatione interveniente promixit prefato

domino petro faxolino et mi notario infrascripto stipulantibus et recipientibus nomine quo supra in omnibus et per omnia in singulis articulis ipsius treuge pro se et subditis ac sequacibus eius ut supra attendere et inviolabiliter observare renuntians specialiter et expresse privillegio fori actioni in factum sine causa et ex iniusta causa rei non sic geste et generaliter omni remedio tam juris canonici quam civilis et omnibus privilegiis jam impetratis vel impetrandis quibus mediantibus posset contra predicta in aliquo facere vel venire pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et observandis idem dominus marchio omnia sua bona mobilia et immobilia presentia et futura pignori obligavit salvis semper et reservatis in omnibus et singulis honoribus omnibus pactis conventionibus et requisitionibus sibi et dominorum mediolani. Precipiens ipse dominus marchio de predictis fieri publicum instrumentum.

Et ego raymondellus bava de grazano publicus imperiali auctoritate notarius et prefati domini marchionis scriba et officialis hoc instrumentum de mandato eiusdem domini marchionis in publicam formam reddegi meque subscripsi meumque signum consuetum apposui in testimonium premissorum.

N. X.

Pubblicazione della tregua tra Giacomo principe d'Acaia, e Gioanni marchese di Monferrato.
1343. 20. *gennaio.*

Jacobus de sabaudia etc.

Notificamus vobis nos noviter a domino cardinali apostolice sedis legato literas recepisse quas quidem literarum

tenor sequitur in hec verba. Guillelmus miseratione divina . . . . . sanctorum IIII. coronatorum presbiter cardinalis apostolice sedis legatus magnifico et potenti viro domino jacobo principi achaye salutem in domino. Cum ex concordia inhienda ex una parte et illustrem virum dom. johannem marchionem montisferrati ex altera facienda super qua vos ambo nos sub certa forma arbitros arbitratores et compositores amicabiles ellegistis debitum divine clementie servitium ac bonum pacis obtabile . . . . . tocius circumvicine patrie multum pateat dependere illa debet via elligi per quam accelerari magis . . . . . adoptio tanti boni quapropter ad ponendum inter . . . . . concordiam ex vigore compromissi predicti totis viribus anellantes et solicita meditacione pensantes quod ad discutiendum de unius cuiusque juribus . . . . . dilletio temporis requiretur nec pendente termino predicto aliqua paci reformande huius inimica atentari seu minorari valeant hinc et inde treugas firmas et validas inter vos ambos terras loca castra vasallos valitores coadherentes gentes et subditos vestros ac ipsius domini marchionis auctoritate qua fungimur sub penis contentis in compromisso predicto tenore presencium indicimus usque ad diem cinerum futuram proximam incluxive continue duraturas vestram nobilitatem requirentes rogantes et per vixera misericordie jesu christi efficaciter obsecrantes quatenus treugas ipsas sic per nos indicttas et locis castris villis et terre vestre jurisdictioni subiectis et vasallis valitoribus gentibus et subditis vestris contis vissis presentibus absque cuiuscunque dilationis difugio proclamari intimari et publicari solepniter faciatis et sic proclamatas intimatas et publicatas cum effectu mandetis inviolabiliter observari sic igitur vos habentes in istis pro communis boni et adimplicionis ferventis desiderii quod ad pacem habemus eamdem ostendatis vos per subsecutum effectum fervidum celeratotorem. Nos vero sub hoc alias nostras literas transmittimus dicto domino marchioni per omnia consimiles in effectu.

Datas in civitate astensi XV. mensis februarii pontificatus domini clementis pape VI. anno . . . . . Quapropter volentes mandatum ut supra nobis factum pro parte dicti domini legati qui sedem apostolicam representat exhequi et adimplere cum effectu ut tenemus juxta continenciam compromissi in dictum dominum legatum per ipsos factum ad hoc ut possimus omnia et singula atendere et inviolabiliter observare que in dicto compromisso plenius continentur mandamus igitur vobis quatenus dictas treugas ut superius denotatas incontinenti et vissis presentibus faciatis publicari et voce preconia in quibuscunque jurisdicionibus vestris et locis vestris et illis videlicet si . . . . . et jurisdicioni vestre subietis proclamari et divulgari et illas observare et observari facere cum effectu usque ad tempus superius declaratum obtentu nostre gratie et favoris et pene nostro arbitrio auferende illis videlicet quibus de jure habebimus auferri faciendum interim qui non obstantibus dictis treugis a conversa . . . . . terrarum vestrorum inimicorum faciendis totaliter abstinentes et effectualiter abstineri facientes et circa custodiam cum bona solicitudine atque cura vigilanter . . . . , de earum presentatione inde facta latori cum juramento dabimus fidem quarum exemplum penes nos retineri facientes ad cautellam presentes vero post opportunam inspectionem et ipsarum copia retencta restitui volumus presentanti . . . . . sint pluribus presentande.

Datas vigoni die XX. januarii anno domini millesimo CCCXLIII. XI. indicione.

N. XI.

Pubblicazione dello studio stabilito a Moncalieri.
1343. 15. *settembre.*

Universsis et singulis dominis et rectoribus ad quos presentes pervenerint borgexius borgexius georgius gracianus judes montischaleri pro illustri et magnifico domino domino jacobo de sabaudia principe achaye mayfredus bergognonus facius de castello et judius de liga bastardus de topello rectores societatis nec non consilium et commune locii eiusdem salutem et votive felicitatis eventum locorum emenitas et vitualium copia hac paciffici stetatus intencio aceptabiliter nos inducunt grandius estudium habitores ex quo virum magne probitatis elegimus videlicet magistrum henricum de cucerdo de charmagnolia in artibus et regimine expertum legentem in nostra terra in gramatica dieletica et metrica frutuossius perleturum ne igitur talis viri sientia potiri volentes remissa publicacione danossius ignari deffectum invitissime paciantur dilectionem vestram qua convenit affectione precamur quatenus preconis preconio per terram vestram dictum studium voletis facere publicari cum quo scolares dissipline diucius dotrine expeculo modum inluminant et subdictam eis plebem salubri consultacione gubernant ut nostros filios non ymerito reputantes in personis et rebus infalibiliter affidamur et quicunque occaxione scolarium terram nostram advenerit non geris non cambis vel represalis seu debitis non supervenientibus aliis obstaculis seu brigis nisi ullo malleficio fuerit noster bannitus cui predicte licencie benefficium denegamus. In cuius rey testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum poro sientes nos a preffacto domino nostro cartam dicte licencie vel fidancie in publicam formam habere plenariam cuius exemplum vobis mitimus interclussum carta vero retinuit penes

se prefactus magister. Sompta in montechalerio die XXV. mensis septembris M.° CCCXLIII.

N. XII.

Procura di Giacomo principe d'Acaia per chiedere soccorso al conte di Savoia, e transigere su certe pretese.
1344. 16. *febbraio.*

In nomine domini amen. Anno eiusdem M. CCCXL. quarto indictione duodecima die XVI. mensis februarii presentibus testibus infrascriptis. Illustris et magnificus vir dominus jacobus de sabaudia princeps achaye constituit et ordinauit eius veros et legitimos procuratores viros nobiles dominum galvagnum borgessium jurisperitum ciuem taurini franciscum de bersatoribus de pinarolio et payretum prouana de carignano et quemlibet eorum in solidum ita quod occupantis melior condictio non existat sed quod unus inceperit alter nichilominus prosequi ualeat et finire specialiter ad petendum et requirendum ab illustribus et magnificis dominis comitte sabaudie et eius tutoribus ludouico de sabaudia domino vaudi et amedeo comite gebennensi committatus sabaudie gubernatoribus seruari et attendi ipsi dom. principi achaye per dictos dominos comitem sabaudie et eius tutores ac comittatus sabaudie gubernatores eius nomine illa omnia et singula que per ipsum dominum comitem sabaudie fieri et seruari et attendi debent ipsi domino principi juxta tenorem cuiusdam pronunciamenti olim facti per magnificum dominum ludouicum predictum et reuerendum patrem dominum parmensem episcopum nec non uiros nobiles dominos ottonem dominum grandizoni et guichardum dominum belli joci et aliorum descriptorum et contentorum instrumento publico manu johannis castagni imperiali auctoritate

notarii inde confecto ac eciam solui et satisffieri eidem domino principi de pluribus debitis et pecuniarum quantitabus in quibus dictus dominus comes ipsi domino principi tenetur nec non ad recipiendam solutionem et satisfactionem de omnibus et singulis supradictis de receptisque per eos et eorum singulos confessionem pacem finem et quitationem ac remissionem faciendam. Item ad petendum et requirendum ab omnibus et singulis dominis supradictis auxilium et subsidium prestari per ipsum dominum comitem et prenominatos tutores eius nomine ipsi domino principi ad recuperandam terram ipsius domini principis propter subsidii et auxilii debiti deffectum amissam et per ipsius dom. principis inimicos obtentam. Et ulterius ad deffendendum aliam terram eiusdem dom. principis et maxime locum podiuarini quem astenses eiusdem domini principis inimici constructis juxta ipsum locum et munitis bastitis quampluribus quarum munitiones diebus singulis homines et locum podiuarini capiunt carcerant derobant et inuadunt per quandam violenciam usurpare sibi apropriare et eidem domino principi et vassallis suis tenentibus ab eo in feudum dictum locum auferre nituntur et ipsius domini principis et tocius committatus sabaudie non modicam lexionem. Nec non ad omnia alia et singula faciendum petendum proponendum et requirendum in premissis et circa que idem dominus princeps facere petere et requirere posset eciamsi mandatum exigat speciale promittens mi notario infrascripto more publice persone stipulanti etc.

Actum in castro vigoni ubi interfuerunt testes vocati et rogati dominus jacobus de giliis rizardus prouana et thomeynum de lucerna.

Et ego antonius mahonerius imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui vocatus et rogatus et hanc cartam scripsi meoque signo solito signaui.

N. XIII.

Transazione tra Giacomo principe d'Acaia, ed i tutori di Amedeo conte di Savoia intorno alla non osservanza dell' arbitrato del 1313.

1345. 19. *settembre.*

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem M. CCCXL quinto indicione decima tercia die decima nona mensis septembris per hoc instrumentum publicum omnibus et singulis tam presentibus quam futuris appareat euidenter quod cum inter illustres et magnificos viros amedeum comitem sabaudie filium et heredem clare memorie domini aymonis comitis olim sabaudie et dominum amedeum comitem gebennensem tutorem et tutorio nomine dicti domini nunc sabaudie comitis ex una parte et illustrem virum dominum jacobum de sabaudia principem achaye bone memorie domini philippi de sabaudia principis olim filium et heredem uniuersalem ex altera fuisset suborta materia questionis ipso domino principe dicente quod cum in compositione quadam dudum facta inter illustrem et magnificum virum dominum amedeum quondam sabaudie comitem auum paternum nunc comitis sabaudie supradicti ex una parte et dom. philippum principem supradictum ex altera contenta in quodam publico instrumento scripto et facto manu petri francisci de chamberiaco notarii publici sub anno a natiuitate domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto indictione septima quarto ydus decembris idem comes dedit dicto domino philippo feuda et fidelitates publiciarum et beynasci in feudum et quia ad ipsum non pertinebant postea inter ipsas partes pronunciatum fuit de ipsis feudis infra certum tempus jam lapsum et fidelitatibus publiciarum et beynaschi fieri domino philippo predicto recompensationem condignam dictorum feudorum publiciarum et beynaschi

de quo pronunciamento constat instrumento publico facto per johannem castagnum taurinensem notarium publicum sub anno natiuitatis domini M. CCC. terciodecimo indicione undecima die XX. nona mensis octobris quam recompensationem quia facta non fuerat idem nunc princeps sibi fieri postulabat cum dampnis et interesse propter ea debitis post moram per nunc comitem supradictum sibique dimitti feuda de vyu seu de vico diocesis taurinensis que ad se pertinere dicebat quibusdam rationibus atque causis et maxime vigore ipsius arbitralis sentencie et de ducentis florenis auri boni ponderis quos mutuasse asserebat ipsum dominum philippum domino aymoni predicto nundum comiti existenti sibi solui. Dicto amedeo sabaudie comite eiusque tutore predicto tutorio nomine ipsius se ad predicta seu predictorum aliquid tenore negantibus ex causis pluribus. Item amedeus comes auctoritate dicti tutoris idemque tutor tutorio nomine supradicto et dominus jacobus princeps predictus super ipsis superius specificatis ad transactionem composicionem et concordiam que sequitur deueniunt videlicet quod dominus princeps predictus pro se suisque heredibus et successoribus ex causa transactionis et compositionis presentis remisit et quitauit dicto domino comiti eiusque tutori tutorio nomine supradicto pro se et ipsius amedei sabaudie comitis heredibus recipienti et stipulanti omnia jura omnesque actiones sibi competentia et que habere visus est ipse dom. princeps contra dom. comitem jamdictum in comitatum et eius bona occasione recompensationis predicte feudorum et fidelitatum beynasci et publiciarum et feudorum de vyu seu de vico et quantitatis ducentorum florenorum predictorum eundem per aquilianam stipulationem et acceptationem subsecutam quittans liberans et absoluens de hiis in quibus idem comes sibi teneri poterat pro predictis quittatis et remissis ut supra uel eorum seu alterius eorum occaxione uel causa dampnisque et interesse que petere potuisset occasionibus supradictis in presenti quittatione et remissione contentis et

que pro predictis quittatis et remissis ante quittacionem presentem peti poterant uel deberi pactum sibi faciens de predictis remissis et quictatis ex certa scientia ulterius non petendo cedens transferens atque mandans idem princeps etc.

Pro quibus quidem quittacione remissione concessione jurium cessione et aliis supra et infrascriptis idem dominus princeps fuit confessus et contentus se habuisse et recepisse a dicto domino sabaudie comite sibique realiter numeratos fuisse quatuor milia et quingentos florenos boni auri et ponderis exceptioni non habitorum et non receptorum dictorum florenorum speique future numerationis et recepptionis renuncians. Promittens etc.

Actum in magno pello castri chamberiaci presentibus dominis amedeo de sabaudia canonico aurellianensi petro marescalci antermo de sabaudia domino de colley ludouico reuoire aymone de verdone petro de compesio raymondo de solerio johanne de syons militibus georgio de solerio stephano de compesio juniore canonico gebennarum jacobo de giliis humberto de aulanoua jurisperitis sorcello de montebirono domino creyssiaci guillelmo boui jaquemeto marescalci domicellis michalleto nassaporis et guidone barberii notariis vocatis testibus ad premissa. Ego siquidem anthonius beczons de yenna bellicensis diocesis clericus auctoritate imperiali notarius publicus premissis omnibus interfui et rogatus hoc instrumentum recepi ipsumque scripsi leuaui et signaui meo signo pro domino principe supradicto.

Nos uero comes sabaudie jacobusque de sabaudia princeps achaye predicti scientes et actestantes predicta omnia et singula inter nos acta ut superius continentur esse vera ad maiorem ipsorum firmitatem presens instrumentum nostrorum fecimus sigillorum appensione muniri.

Datum ut supra.

Sono pendenti due sigilli in cera rossa.

N. XIV.

Giacomo principe d'Acaia emancipa Filippo figliuol primogenito.
1346. 4. *agosto.*

In nomine domini nostri jehsu xpi et sue matris virginis gloriosse tociusque celestis curie amen. Anno eiusdem millessimo tricentessimo quatragessimo sexto indicione XIV. die quarto mensis augusti presentibus testibus infrascriptis. Nouerit tam presens etas quam de cetero successura posteritas quod illustris et magnificus dominus jacobus de sabaudia princeps achaye dominus ciuitatis taurinensis considerans et attendens quod emancipationis modum sacris constitutionibus et legibus est introductum filii volentes a patrie potetestatis nexibus liberantur disponens utique philippum eius filium emancipare exibuit presentauit et insynuauit illustri et magniffico domino amedeo comitti gebennensi tutori et tutorio nomine illustris et magnifici principis dom. amedei comittis sabaudie et in ytalia marchionis et pro eo recipienti de cuius tutella patet publico instrumento facto ut dicitur manu guidonis barberii de auigliana et antonii beczonis de yanna notariorum publicorum quodam oraculum siue rescriptum apostolicum vera bulla plomba cum filis syrici croceis et rubeis in eo appensa eiusdem domini pape cuius siquidem oraculi siue rescripti apostolici exibiti et insynuati ut supra tenor sequitur in hec verba.

Clemens episcopus servus servorum dei dilecto filio nobili viro jacobo de sabaudia domino ciuitatis taurini salutem et apostolicam benedictionem. Exigit tue deuocionis sinceritas quam ad nos et romanam ecclesiam habere dignosceris ut votis tuis quantum cum deo possumus favorabiliter annuamus. Exhibite siquidem nobis tue peticionis series continebat

quod tu certis de causis cupis philippum filium tuum naturalem et legitimum minorem septennio emancipare et a tua potestate patria liberare et dimittere eciam ante tempus septenii prelibati. Et sibi donationem facere que tibi videbitur in emancipatione predicta. Quare nobis humiliter supplicasti ut cum vacante imperio cui subesse dignosceris nec absque auctoritate et permissione nostra perfici nequeat quod ad emancipationem huiusmodi possit procedi de benignitate concedere dignaremur. Nos itaque attendentes quod eodem vacante imperio prout nunc vacat ad nos regimen et gubernatio eiusdem imperii pertinet eius supplicationibus inclinati ut non obstante huiusmodi dicti philippi etatis deffectu ad emancipationem predictam coram judice competenti possit procedi deuotioni tue concedimus de gratia speciali decernentes emancipationem predictam eandem postquam eidem judici prius concessio intimata extiterit et aliter coram ipso et eius auctoritate et decreto dicta emancipatio facta fuerit obtinere plenam roboris firmitatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constistutionis et concessionis infrangere et ausu temerario contrahyre. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. auinioni X. kal. febr. pontificatus nostri anno quarto. Proponens et dicens a sede apostolica dictum oraculum impetrasse velleque emancipare et a sue patrie potestatis viribus liberare philippum eius filium antedictum auctoritate oraculi jamdicti et dicti domini comitis sabaudie et ipsius dom. comitis gebennensis tutorio nomine eiusdem et in ea parte judicis competentis. Quo domino tutore benigne exaudiente et annuente omnibus et singulis supradictis prefactus dominus princeps jamdictum philippum eius filium presentem in ibi et volentem interrogatione solempni procedenti et responsione eius secuta legitime emancipauit et a manu sua ac potestate patria dimissit liberauit et prout melius de jure fieri potuit

rellaxauit dando eidem philippo liberam potestatem et absolutissimam facultatem testandi uouendi mutuum accipiendi judicio sistendi et absque obiecta potestatis patrie contrahendi omniaque alia et singula faciendi que quilibet pater familias et sui juris facere et exercere posset. Remittens ultra hec predicto philippo filio suo quidquid pro premio emancipationis habere posset. Predictus uero dominus comes gebennensis jamdicti oraculi perpenso tenore tutorio nomine jamdicti domini comitis sabaudie et pro eo auctoritate apostolica supradicta sedens pro tribunali dicte emancipationi suam propriam auctoritatem interposuit pariter et decretum. Quibus sic peractis dom. idem princeps sciens prudens et spontaneus dedit tradidit et donauit in premium emancipationis predicte philippo predicto eius filio emancipato presenti et recipienti michique notario infrascripto ut persone publice stipulanti et recipienti vice et nomine philippi jamdicti post mortem videlicet ipsius domini principis medietatem ciuitatis et districtus yporegie que ciuitas et districtus comunes sunt pro indiuiso inter predictum dominum comitem sabaudie et ipsum dominum principem. Nec non ciuitatem taurini castra et loca burgos et villas pygnarolii montiscalerii foxani carignani villefranche morete vigoni caburi miradolii peruxie et partes suarum castrorum locorum et villarum bagnolii bricaraxii vallis sancti martini et bellengerii. Item castra loca et villas cabalerii maioris summerippe de bosco gasseni caluxi planeciarum et combeuianam saluo jure que ad vitam suam habet dominus amedeus de sabaudia eiusdem domini principis frater in dicto loco combeuiane. Item omnia jura que habet idem dominus princeps in principatu achaye et in comitatu canapitii et in ciuitate et comitatu astensi in loco carte territorio et districtu cherii et pertinenciis. Item in feudis et fidelitatibus et omnium et singulorum locorum predictorum ac etiam fidelitatibus homagiis vassallorum pedemontis et tocius sue baronie ubicumque sint et quocum-

que jure uel nomine censeantur et in dictis feudis ac directo dominio eorundem. Nec non in aliis quibuscumque bonis rebus et juribus suis cum mero et misto imperio et jurisdictione omnimoda alta et bassa cum terciis successionibus acenzamentis fictis taleis roydis decimis firmis molandinis et molegiis bannis condemnationibus fodris aquaticis piscariis et venacionibus omnibusque aliis et singulis ad ipsum dominum principem in predictis et singulis predictorum quomodolibet spectantibus quocumque jure uel nomine censeantur. Actum retentum insertum exceptatum et dictum ac protestatum fuit per dictum dominum principem quod per premissa nullum fiat preiudicium obbligationibus et assignacionibus dotis et dotalicii siue douarii illustris domine sybillie de baucio achaye principisse consorti ipsius domini principis neque aliquibus aliis contentis uel scriptis in instrumentis dictorum dotis et dotalicii atque duarii receptis per dominum humbertum pilati et franciscum de ferrariis notarios publicos. Et quod ipsis non obstantibus obligationes et assignaciones et omnia alia et singula in dictis instrumentis contenta in sua permaneant firmitate. Ceterum eisdem modo causa et forma facta fuit donatio supradicta per dictum dominum principem dicto philippo eius filio quod ipse philippus plenarie obseruet et obseruare teneatur omnes et singulas franchisias largitiones infeudationes libertates et immunitates per predecessores ipsius domini principis et ipsum dominum principem hactenus datas tributas factas et concessas quibuscumque comunitatibus aut nobilibus seu vassallis uel personis terre sue et pacta et conuentiones que et quas idem dominus princeps habet cum eisdem. Et quod ipse philippus integraliter soluat omnia et singula debita eiusdem dom. principis in quibus obbligatus esset ac etiam attendat et obseruet omnia et singula que bone memorie genitores ipsius in eorum testamentis et ultimis voluntatibus dispossuerunt et ordinauerunt. Que omnia etc. Actum in castro pynarolii in camera magna prope salam magnam pre-

sentibus rev. in xpo patre domino rodulpho dei et apostolice sedis gratia abbati monasterii beati michaellis de clussa vener. viris dominis thoma de sabaudia canonico auriclensi eduardo de sabaudia monaco monasterii de cugiaco domino guillelmo de montebello domino alpignani petro de compexio ludovico rivoire antelmo naturali de sabaudia petro de gebennis naturali militibus jacobo gilio de pynarolio.

Ego antonius filius quondam johannis maonerii qui dicebatur rubeus diocesis taurinensis de pinarolio imperiali auctoritate notarius hiis omnibus presens interfui vocatus et rogatus et hanc cartam scripsi subscripsi meoque sigillo consueto signaui.

N. XV.

Omaggio, che i nobili del Piemonte prestano a Filippo d'Acaia.
1346. 4. *agosto.*

In nomine domini amen. Anno eiusdem millessimo tricentessimo quatragessimo sexto indictione quatuordecima die quarto mensis augusti in castro pynarolii in logiam sumiarum prope magnam turrim retondam dicti castri presentibus illustri viro domino amedeo comitti gebennensi reuerendo in xpo patri domino r. abbati monasterii sancti michaellis de clussa illustribus dominis thome et edduardo de sabaudia dominis ludouico riuorie petro de gebennis naturali et petro de compexio militibus martineto ex comittibus sancti martini dominis obertino vignolie leone de rippa et petro fuxerii jurisperitis testibus specialiter ad infrascripta vocatis et rogatis. Nouerint uniuersi et singuli presens publicum instrumentum inspecturi et audituri quod

existentibus infrascriptis nobilibus et vassallis terre illustris et magniffici domini jacobi de sabaudia principis achaye coram dicto domino principe idem dominus princeps exposuit eis quod ipse emancipauit philippum de sabaudia eius natum cuius occaxione eidem donationem fecit de omnibus ciuitatibus et burgis et villis suis et uniuersis pertinenciis ac jurisdictionibus eorundem et eciam de fidelitatibus et homagiis vassallorum omnium suorum pedemontis et tocius sue baronie ubicumque sint et quocumque jure uel nomine censeantur et de dictis feudis ac directo dominio eorundem de qua donatione inde patet publico instrumento per me notarium infrascriptum recepto anno indictione et die quibus supra. Et ea propter predictus dominus princeps precepit dictis suis nobilibus et vassallis ut dicto philippo eius nato faciant fidelitatem et homagium de feudis que ipsi tenent a dicto domino principe juxta modum et formam dicte donationis. Qui quidem nobiles et vassalli infrascripti cupientes et volentes in omnibus et per omnia dicti domini principis obedire mandatis fecerunt fidelitatem et homagium dicto philippo nato suo secundum formam et tenorem donacionis jamdicte et jurauerunt corporaliter ad sancta dei euangelia tactis scripturis quod ipsi et eorum heredes post obitum dicti domini principis erunt ipsius domini philippi et heredum suorum fideles boni et vassalli et omnia et singula facient et cum effectu adimplebunt que in noua et veteri forma fidelitatis continere noscuntur. Dicti uero nobiles qui fecerunt fidelitatem et homagium inferius continentur. Et primo dominus antelmus naturalis de sabaudia dominus collegii dominus guillelmus de montebello dominus alpignani johannes de montebello dominus feruzasci dominus huetus de nono ex dominis plozasci hugonetus condominus ayrasce ex dominis plozasci jacobus fea ex dominis plozasci oddoninus filius condam domini burnonis de plozasco plozaschinus de plozasco ex dominis dicti loci georginus de plozasco ex dominis dicti loci dominus rizardus de

lucerna bellengerius de lucerna aicardinus de lucerna jacobus et zabertus de lucerna johanotus gottofredi de lucerna bonifacius de scalengiis hugonetus rizardus antoniotus de prouanis matheus falconerius ex dominis tranne guillelmus dro ex dominis bruyni franciscus ponetus franceschinus ex dominis altexani antonius de macello burgarinus henrietus de burgaro philipponus fantinus condominus valdisseti guillelmus de canalibus condominus vallis turris.

Et ego antonius maonerii de pynarolio publicus imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui presens vocatus et rogatus et hanc cartam scripsi subscripsi meoque signo consueto signaui.

N. XVI.

Sentenza del legato pontificio sulle differenze tra Amedeo conte di Savoia, Giacomo principe d'Acaia, Gioanni marchese di Monferrato, e la famiglia dei marchesi di Saluzzo.

1348. 29. *aprile.*

In nomine domini nostri jesu christi amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo tercentesimo quadragesimo octauo indictione prima die martis penultima mensis aprilis per presens publicum instrumentum cunctis pateat euidenter quod in nostrum notariorum et subscriptorum testium presentia reverendus in xpo pater et dominus dominus johannes dei gratia forliniensis episcopus ad partes lombardie pedemontii et comitatus sabaudie pacificandas nuntius per sedem appostolicam destinatus amiciciam pacem sententiam pronuntiationem mandata et alia infrascripta dixit et protulit quemadmodum et prout inferius de verbo ad verbum seriosius continetur. In christi nomine amen a quo omne

datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum rerum omnium conditore etc. Johannes dei gratia forliniensis episcopus ad partes lombardie pedemontii et comitatus sabaudie pacifficandas nuntius per sedem apostolicam destinatus reuerendo in xpo patri domino johanni eadem gratia archiepiscopo mediolanensi et magnifico et excelso domino domino luchino vicecomitibus mediolani etc. dominis generalibus nec non magnificis viris dominis amedeo comite sabaudie et jacobo de sabaudia principi achaye ac ludouico de sabaudia domino vuaudi et amedeo comiti gebennarum et omnibus aliis de eorum generibus johanni marchioni montisferrati et thome marchioni salutiarum ac omnibus et singulis vestrum et singulorum procuratoribus ambassiatoribus et nuntiis uel quomodolibet deputatis uel missis ad infrascripta specialiter constitutis vestrumque et singulorum omnium valitoribus subditis vassallis districtualibus sequacibus complicibus et subditis quibuscumque omnibusque christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem et pacem diligentibus diuino uocis eloquio repromissam literas sanctissimi in christo patris et domini nostri domini clementis diuina prouidentia pape sexti eius uera bulla plombea cum cordula canapis more romane curie in pendenti bullatas non uiciatas non cencellatas non corruptas nec aliqua sua parte sinistre suspectas sed omni prorsus uicio et suspicione carentes nos in hac forma noueritis recepisse. Clemens episcopus seruus seruorum dei uenerabili fratri johanni episcopo forliniensi apostolice sedis nuntio salutem at apostolicam benedictionem illius qui cogitationes pacis et non afflictiones se cogitare testatur et qui non nisi pacis in tempore bene colitur vicarii quamquam insufficientibus meritis constituti cunctos fidei christiane cultores quos nobis cotidie ineffabilis bonitas conditoris affectamus summo opere fore pacificos et ad suffocanda zizanie semina que inter eos prophanus hostis quietis impaciens spargere satagit partes apostolice solicitudinis adhi-

bentes nunc per nos nunc uero per ministros fideles et prouidos quorum interest affectibus bonum pacis fugare discordiam et instaurare concordiam procuramus dudum siquidem ad audientiam nostram molesta nimirum insinuatione producto quod inter dilectos filios nobiles viros amedeum comitem sabaudie et jacobum de sabaudia dominum ciuitatis thaurinensis et adherentes eisdem ex una parte et venerabilem fratrem nostrum johannem archiepiscopum mediolani ac dilectos filios nobiles viros luchinum vicecomitem de mediolano nec non johannem montisferrati ac thomam salutiarum marchiones eorumque valitores ex altera gravis dissensionis materiam gravia corporum animarumque pericula et rerum dispendia producturam pacis emulus subscitarat. Nos periculis ac dispendiis huiusmodi occurrere paterna solicitudine cupientes apud eosdem comitem et jacobum et archiepiscopum luchinum et marchiones nunc literis nunc eciam nuntiis ad eos specialiter propterea destinatis pro huiusmodi nociua submouenda deo fauente discordia et concordia reformanda frequenter instituimus et dedimus operam efficacem sed idem pacis emulus opponens propositi nostri voto se obicem sic exigentibus peccatis in sua iniquitate preualuit quod adhuc eadem periculosa durante discordia nondum optate pacis serenitas desideranda successit. Sub illius itaque virtute qui mari et ventis imperat et ad cuius nutum stat procellarum spiritus fiduciam erigentes te quem gratiarum distributor altissimus multarum virtutum titulis decorauit et in cuius desideriis geritur pacifficare discordes ad eandem discordiam extinguendam et concordiam reformandam ad partes illas prouidimus destinandum quo circa fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quot ad partes easdem sub spe diuini auxilii te personaliter conferens tanquam dei minister ac operator fidelis et prouidus stude solicite discordiam ipsam et quascunque radices illius euellere funditus ac pacem et concordiam instaurare procura ut fauente deo laboribus tuis fructus grati adueniant quos spe-

ramus tuque precium mercedis eterne premium nostram et apostolice sedis gratiam uberius consequi merearis ut autem in executione promissorum eo possis fauorabilius et efficacius prosperari quo maiori fueris potestate suffultus autoritate nostra trehugas inter archiepiscopum nobiles et adherentes eisdem et quoscunque valitores auxiliatores consiliatores complices fautores adiutores seruitores vassallos subditos et familiares eorum indicendi et tam eas quam alias dudum per dilectum filium nostrum guillelmum . . . . . sanctorum quator coronatorum presbiterum cardinalem tunc in partibus illis appostolice sedis legatum inter archiepiscopum luchinum et marchiones nec non jacobum predictos seu quosvis alios communiter uel diuisim indictas et per nos postmodum usque ad certum tempus nondum elapsum prorogatas eciam et indictas faciendi per censuram ecclesiasticam inuiolabiliter obseruari non obstantibus si eis uel eorum aliquibus aut quibusvis aliis cuiuscumque status gradus ordinis uel conditionis existerint eciam si pontificali aut quavis preminentia aut dignitate communiter uel diuisim a sede sit indultum eademque excomunicari suspendi aut eorum terre ciuitates castra ville et loca interdici non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem plenam concedimus tenore presentium potestatem. Datum auinioni decimo septimo kalendas januarii pontificatus nostri anno sexto.

Premissis itaque literis salubriter prout nobis ex alto conceditur inherentes cum inter cunctas solicitudines officii nostri debitum jugiter incombentes illa precipua dignoscatur ut extirpato pacis emulo et satore zizanie quam inter xpicolas precipue mutua et unanimi caritate conuictos antiqui hostis inuidia nititur cothidie seminare paucis tranquille requiem inducere valeamus nusquam hoc melius exiquimur quam si eiusdem pacis cultus fouere tranquillos et que ipsius perfectum impediunt radicem extirpare. Officii ergo

nostri in premissis debitum exequentes curis solicitati continuis assidua meditatione noctes pertransimus insompnes ut inter vos et vestrum singulos ac vestros et vestrum singulos valitores subditos vassallos districtuales sequaces auxiliatores et complices ciuitates nec non castra comunitates villas et loca vobis et vestrum singulis subditas et subiectas pacem acceptabilem et mutuam inuicem peragamus. Volentes itaque prout etiam tenemur pacem ipsam inter vos omnes et singulos ut prefertur inducere et inductam ut infra submittitur seriosius autoritate apostolica qua in hac parte specialiter fongimur publicare sicut xpus pia miseratione disposuit eam inter eius subditos uniuersos ut sic sradicatis discordiis vigentibus hactenus inter vos et vestrum singulos supradictos hoc instigante inimico nominis xpiani per que infinita scandala depredationes rapine depopulationes agrorum incendia et strages hominum sequntur hinc inde et deteriora timentur in grauem prohodolor perniciem animarum et notabilem destructionem partium predictarum nisi succurratur pacis predicte remediis opportunis auditis pariter et intellectis diligenter eciam examinatis que partes hinc inde dicere uel dici facere voluerint deum pre occulis semper habentes et volentes quantum in nobis est pacem bonam inter vos inducere et vos ad concordiam reducere ad honorem dei eiusque matris virginis gloriose et laudem totius celestis curie triumphantis in qua non est macula neque ruga et ad reuerentiam sanctissimi in xpi patris et domini nostri domini clementis diuina prouidentia pape sexti eiusque sacri collegii cardinalis et honorem sancte romane et uniuersalis ecclesie que caput est omnium fidelium et magistra auctoritate nostra ymo verius apostolica qua in hac parte fongimur speciali mediolani in ecclesia sancti ambrosii eiusdem ciuitatis in et sub nostra legatione prefata pro tribunali sedentes in hiis scriptis pronuntiamus sententiamus declaramus volumus et mandamus ut infra seriosius continetur debere per ipsas partes et earum generaliter fieri et inuiolabiliter obseruari.

In primis quidem pronuntiamus dicimus et sententiamus bonam veram et puram amiciciam et pacem deo propicio perpetuo duraturam inter reuerendissimum in xpo patrem et dominum johannem dei gratia archiepiscopum licet nobis manifeste constiterit et constet quod ipse dominus archiepiscopus non fuit conscius de hiis propter que presentem pacem expedit et conuenit pronuntiari luchinum fratres vicecomites mediolani etc. dominos generales per se et quemlibet eorum et cuiuslibet eorum ciuitatibus castris terris villis et locis que et quas ipsi domini mediolani et quilibet eorum tenent et possident uel que tenerent et possiderent in futurum et pro ipsorum vassallis et subditis et illustrem dominum thomam marchionem saluciarum pro se ipso et ipsius terris castris villis et locis quas tenet uel teneret uel possideret in futurum et vassallis et subditis ex una parte et illustres et magnificos principes dominos amedeum comitem sabaudie et jacobum de sabaudia principem achaye pro se ipsis et domino ludouico de sabaudia domino vaudi et domino amedeo comite gebennensi tamquam ipsius domini comitis sabaudie vassallis et illustris domina margarita de sabaudia dudum marchionissa montisferrati et pro aliis de eorum generibus et pro ipsorum vassallis et subditis inter quos intelliguntur et nominatim includuntur et inclusi esse intelligantur comites de sancto martino castromonte et domini de riualba et ipsorum ciuitatibus terris castris villis et locis quas tenent tenerent uel possiderent in futurum ex altera modis pactis condicionibus et permutationibus infrascriptis.

Et primo hoc acto et expresse intellecto in hoc capitulo et in generali sui parte repetito quod domini comites de valperga maczadio et maxino sint et includantur et inclusi esse intelligantur in dicta pace tamquam adherentes dictorum magnificorum dominorum mediolani etc. saluis tamen juribus dictorum dominorum comitis et principis et reser-

uatis integraliter si quod habent inter predictos de valperga maczadio et maxino.

Item dicimus pronuntiamus volumus mandamus et sententiamus quod predictus dom. thomas marchio saluciarum et domini manfredus et theodorus de saluciis fratres infra viginti dies computandos a die nostri presentis pronunciamenti cum juramento personaliter et non per procuratorem approbent emologent et confirment precepta et arbitramenta facta per prefatos magnifficos dominos mediolani inter predictum dominum thomam marchionem seu eius procuratorem ex una parte et dictos dominos manfredum et theodorum seu eorum procuratores ex altera.

Item quod dicti dom. comes sabaudie et princeps achaye ligam et unionem perpetuo duraturam faciant cum illustri principe domino humberto dalphino viennarum magnificis dominis mediolani et dicto domino marchione saluciarum.

Item quod dicti dom. comes sabaudie et princeps achaye absoluent et liberent comunitates et homines montisregalis cuney et clarasci ab omnibus et de omnibus fidelitatibus homagiis et juribus que pretenderent in eis uel altero eorum habere.

Item quod castrum sarmatori et castrum de mayno cum eorum pertinenciis que dicuntur consueta esse de jurisdictione foxani esse de feudo ipsius domini principis achaye remaneant et remanere debeant ipsi domino principi quantum est pro dictis dominis mediolani nisi in quantum dominus papa aliquid preciperet in contrarium quo casu possint ipsi domini mediolani et quilibet eorum obedire mandatis dicti domini pape quantum est in isto casu lata sententia inter episcopum astensem ex una parte et dominum principem ex alia de juribus que se dicunt habere in dictis castris et ipsa sententia transacta in rem judicatam et interim partes non faciant sibi inuicem . . . . . .

Item quod leuaudixium quod dicitur esse de districtu sauiliani libere relaxetur et ex nunc relaxatum pronuncia-

mus dictis dominis comiti sabaudie et principi achaye et comuni sauiliani sicut ante presentem guerram erat dummodo ipsi domini comes et princeps et comune sauiliani reconcilient in gratiam ipsorum dominos dicti loci lauaudixii et sint in eo statu de pactis eorum juribus et libertatibus in quo erant cum comuni sauiliani ante quam gentes magnifici domini luchini predicti iuissent ad partes pedemontis occasione presentis guerre.

Item sententiamus bonam et perpetuam pacem inter predictos dominos comitem sabaudie et principem achaye et dominos de sancto martino castromonte riualba et eciam de visquis ex una parte et illustrem dominum johannem marchionem montisferrati dominos de valperga maczadio maxino et visquis ex altera de guerris et inimicitiis vertentibus inter ipsas partes reseruato cuique ipsarum parcium omni jure sibi competenti et quod sibi competere dicerent in bonis rebus juribus castris villis ciuitatibus que per unamquamque personam ipsarum parcium tenentur ita quod per ipsam pacem neutri ipsarum parcium in predictis ullum preiudicium generetur et pro predictis in hoc capitulo contentis sedandis mandamus auctoritate qua fongimur quod per ipsos fiat compromissum in duos uel quatuor arbitros eligendos per partes.

Item pronunciamus quod dictus princeps achaye teneat et recognoscat a dicto magniffico domino luchino mediolani in feudum castra et villas foxani caballeri maioris et summeripe de bosco et proinde facere debeat fidelitatem eidem domino luchino.

Item quod dicti domini mediolani uel alter eorum non possint nec debeant acquirere ciuitatem yporegie uel aliquid de districtu suo aut juribus ipsius ciuitatis seu quicquid aliud in canapitio uel alibi pertinens ad ipsos dominos comitem sabaudie et principem achaye uel quod per ipsos tenetur uel teneretur in futurum nec eciam proprietates

aliquorum que in partibus canapicii uel alibi ab ipsis dominis de sabaudia teneantur.

Item quod prisoynerii et carcerati qui detinentur per ipsum dominum marchionem montisferrati . . . . . libere relaxentur . . . . . quorum nomina sunt hec guido prouana bailliuus vallis auguste bartolomeus tauerna miles jaquetus . . . . . dominus montisjoueti et aymonetus de verretio.

Item quod hugo de bozosello et omnes et singuli prysonerii obstagii qui carcerati fuerunt et sunt in cuneo paucapalea . . . . . relaxentur libere . . . . . .

Item . . . . . *(sonvi altre disposizioni, le quali, per essere corrosa la carta, sono inintelligibili).*

N. XVII.

Transazione tra Amedeo conte di Savoia, e Giacomo principe d'Acaia intorno alla cessione della metà del dominio d'Ivrea.
1352. 20. *settembre.*

In nomine domini amen. Anno eiusdem natiuitatis millesimo tricentesimo quinquagesimo secundo indict. quinta die jouis vicesima mensis septembris in castro rippolarum presentibus etc. Nouerit tam presens etas quam de cetero successiua posteritas quod cum illustris et magnificus princeps dominus amedeus comes sabaudie et in ytalia marchio sollemniter et ex certa scientia promiserit et conuenerit illustri et magnifico viro domino jacobo de sabaudia principi achaye quod ipse dom. comes daret et traderet ipsi domino principi loco medietatis ciuitatis yporegie et districtus adiudicate illustri domino johanni marchioni montisferrati in pronunciatione pacis facta et lata inter ipsos do-

minos comitem et principem ex una parte et dictum dominum marchionem ex alia per reuerendum in xpo patrem et dominum johannem dei gratia mediolani archiepiscopum et dominum generalem in ea parte arbitrum et arbitratorem recompensationem et cambium equiualentes seu equipollentes medietati dictorum ciuitatis et districtus citra uel ultra montes in quantitate et loco ydoneis ad arbitrium et regardum domini guillelmi de balma et lanuloti de castillione pro parte dicti domini comitis nec non stephani jordani prouane et nicoleti porcelli pro parte dicti domini principis et domini belli joci de medio electorum. Quibus ipsi domini comes et princeps super predictis contulerunt omnimodam potestatem tali modo et casu quod ubi dominus princeps micteret dominos suos electos ut premittitur per eum apud chamberiacum si eo casu non pronunciaretur per dominum belli joci et alios dominos super hoc ordinatos infra tempus bienny uel pronunciatione per eos facta dominus comes non obseruaret eandem extunc idem dominus comes dedit et tradidit eidem domino principi in cambium et pro cambio et recompensatione dicte medietatis yporegie et districtus castrum villam mandamentum merum ac mixtum imperium homines jura jurisdictiones et plenum dominium ciriaci et mandamenti sui cum omnibus et singulis ad ipsum dominum comitem pertinentibus in eisdem ad habendum tenendum et possidendum in feudum a domino comiti amedeo ut hec et alia idem dominus princeps apperire dicebat in scripto publico inde facto manu francisci rocche ciuis yporedie notari publici anno et die contentis in eo in loco ciriaci predicto dictusque dominus princeps ab eodem domino comite requireret ut ipsum de dictis castro villa et mandamento ciriaci cum eorum juribus et pertinenciis inuestiret in feudum et ea sibi expediret et libere dimicteret expedita. Pollicendo sibi fidelitatem et homagium modo debito facere pro predictis dicendo et affirmando ipsum dominum comitem teneri ad predicta facienda. Prefato do-

mino comite e contra dicente se non teneri facere supra-scripta nec dictum dominum principem inuestiri de loco ciriaci antedicto eo quod dictus dominus comes asserebat dictum dominum principem in castro et loco ciriaci nullum jus habere debere cum non impleuerit idem dominus princeps que erat super isto negotio impleturus et sic stetit.... unde debet sibi merito imputari. Ecce quod dicti domini comes et princeps interueniente tractatu fidelium et omnium amicorum suorum super predictis ad concordiam composicionem et transactione sub modis pactis conuentionibus et formis ut sequitur. In primis quod idem dominus comes pro cambio et recompensatione predictis et hiis que dicto domino principi dare et facere tenebatur et debebat pro equiualencia et recompensatione dicte medietatis ciuitatis yporegie et districtus det assignet tradat dare assignare assetare et tradere teneatur eidem domino principi annuos perpetuos octingentos florenos auri. Item quod in predictis assignatione et assetatione dominus idem comes eidem domino principi in feudum nobile antiquum et paternum et jure nobilis antiqui et paterni feudi dare et tradere teneatur et debeat castrum villam et mandamentum pontis belli vicini in noualesia bellicensis diocesis quibus coheret finis sancti genysii terra domini clarimontis et si alii sint confines remaneant cum eius finibus et territorio et cum hominibus vassallis feudis et fidelitatibus homagiis mero et mixto imperio et jurisdictione omnimoda loci eiusdem et eius territori finium et mandamenti et cum omnibus eorum juribus et pertinenciis et cum hiis omnibus et singulis que ad ipsum dominum comitem pertinent in eisdem et ipsa omnia et singula de presenti tradat et expediat libera et expedita domino principi antedicto in eo valimento annuo in quo sint castrum villa et alia supradicta pontis belli vicini et esse dicentur declarabuntur arbitrabuntur per dominos petrum de montegelato et reynaudum de sancto suspitio milites per dictum dom. comitem electos dominum guillelmum

de montebello dominum alpignani militem et philippum borgesium de taurino per ipsum dom. principem electos et ipsis non concordantibus reuerendum in xpo patrem dominum rodulphum dei gratia abbatem clusinum de medio electum per dominos supradictos. Tali modo quod si aliquis eorum nollet aut non posset interesse liceat domino qui ipsum elegisset et ad hoc etiam teneatur alium substituere loco eius ad eandem per omnia potestatem per quos predictorum extimatio legaliter fiat. Quibus et maiori parti ipsorum super predictis valimento et declaratione ipsi domini comes et princeps dederunt et contulerunt liberam et omnimodam potestatem. Et residuum quod super fuerit de supradictis annuis octingentis florenis det assignet dare assignare assetare et tradere teneatur idem dominus comes antedicto domino principi in locis circumuicinis dicti pontis ad arbitrium et declarationem supradictorum electorum per eos quibus in hac parte dederunt similem potestatem. Item quod factis et adimpletis per dominum comitem jamdictum prefato domino principi omnibus et singulis supradictis sint et intelligantur dicto domino comiti quictata penitus et remissa omnia que idem dom. comes ipsi domino principi pro cambio dicte medietatis yporegie dare et facere tenebatur. Et ipse dom. comes ab omnibus aliis obligationibus propter ea secutis liber quictus sit penitus et immunis. Et interim donec integre completa fuerint remaneant illesa dicto domino principi et incorrupta et in eo statu in quo erant ante huiusmodi transsactionem quia sic actum est et fuit inter ipsos dominos in principio medio et fine omnium et singulorum supra et infrascriptorum nisi forte constaret quod per dictum dominum principem et suos electos remaneret quia reciperet ressiduum assetamentum fiendum ut premittitur de remanenti ex quantitate octingentorum florenorum predictorum quo casu locum habeat quictatio supradicta. Item quod per predicta uel infrascripta cuidam pactioni inhite inter dictos dominos qua continetur quod dominus

comes teneretur reddere dicto domino principi et tradere medietatem ciuitatis yporegie et eius dominii et districtus dummodo ipse dom. princeps restitueret ipsi domino comiti cambium quod recepisset ab eo loco dictorum ciuitatis et districtus etc. eo casu quo dominium ipsius ciuitatis ad ipsum dominum comitem deueniret in nichilo derogetur sed remaneat ipsa pactio in suis viribus et effectu quibus sic pactis prefatus dom. comes obseruando transactionem et compositionem jamdictas dedit tradidit cessit et concessit predicto domino principi et eidem assignauit et assetauit pro parte dictorum octingentorum florenorum et in eo valimento predicto in quo sunt et esse declarabuntur dicentur et arbitrabuntur per electos predictos et secundum tenorem contentorum in articulis transactionis et compositionis predicte in feudum nobile antiquum et paternum et jure ac natura nobilis antiqui paterni atque ligii feudi predictum castrum villam homines homagia feuda et fidelitates pontis belli vicini predicti et pertinenciarum suarum cum mero et mixto imperio et jurisdictione omnimoda loci eiusdem et finium et territorii et mandamenti sui et cum omnibus et singulis pertinenciis suis et cum fictis fodris taleis terciis successionibus aconzamentis seu affaytamentis veytis et stranaytis bannis condempnationibus exercitibus et caualcatis feudis et retrofeudis molendinis batitoriis furnis pedagiis leydis gabellis malatoltis domitis ad ipsum dominum comitem spectantibus pascuis venationibus et piscationibus siluis et nemoribus viis et itineribus etc. Abditando etc. Promittens etc.

Insuper actum fuit per pactum solemniter inter dominos supradictos quod homines nobiles et innobiles supradicti loci pontis belli vicini et territorii sui teneantur ire in exercitus et caualcatis dicti domini comitis. Banna tamen processus et condemnationes non euntium in dictos exercitus et caualcatas uel ibi non remanencium dicto domino principi et non dicto domino comiti applicentur et pertineant

pleno jure. Item actum fuit ut supra inter dominos supradictos quod appellationes que fient de cetero in dicto loco seu eius finibus territorio uel mandamento aut per homines jurisdictionis loci eiusdem fiant fieri possint et debeant ad dictum dominum principem heredes et successores suos prout et quemadmodum fiant alie apellationes hominum terre ipsius domini principis citra montes.

Prefatus uero dominus princeps pro castro villa et aliis feudalibus supradictis per se suosque heredes et successores eidem domino comiti pro se suisque heredibus recipienti fidelitatem osculo federis interueniente et manuale homagium ligium fecit fidelitatesque corporales prestitit juramentum. Que omnia et singula etc.

Ego autem anthonius beczon de yenna clericus auctoritate imperiali notarius publicus premissis omnibus una cum testibus et michaleto interfui hoc instrumentum per dictum michaletum et me receptum auctoritate mihi concessa per dominum nostrum comitem sabaudie scribi et leuari feci per roletum asterii de chamberiaco notarium publicum in ipsoque manu propria me subscripsi et signum meum apposui consuetum et illud expediui pro domino principe jamdicto.

Nos autem comes sabaudie predictus attestantes et confitentes predicta omnia et singula fore vera juxta ordinata superius presens instrumentum publicum nostri magni sigilli fecimus appensione muniri ad maiorem firmitatem omnium et singulorum premissorum. Datum et actum ut supra et presentibus quibus supra anthonius beczonis.

N. XVIII.

Diploma di concessione d'imporre un pedagio sulle merci che transitano i dominii di Giacomo principe d'Acaia. 1355. 20. *aprile.*

Carolus IIII. diuina fauente clementia romanorum imperator semper augustus et boemie rex illustri jacobo de sabaudia principi achaie consanguineo et fideli nostro dilecto gratiam nostram et omne bonum ad prosequendum munifice vota poscentium et si tum plenitudinem gratie tum supreme potestatis auspicio liberalitatis cesaree dextera quadam regularitate sit habitis illis tamen quadam specialitate se porrigit gratiosam quos probate fidei constancia amor sanguinis et preclara virtutum insignia constituunt cariores. Sane pro parte tua extitit celsitudini nostre cum instancia supplicatum quatenus cum plura castra et munitiones habeas in terra tua de feudo et seu retrofeudo sacri imperii existentes que in metis seu limitibus terrarum lombardie et aliarum prouinciarum consistunt in tantum quod absque grauitate expensarum ad occurrendum futuris periculis tueri non possint sed pontes et itinera in quibusdam passibus dicte terre sint adeo periculosa et grauia quod rehedificatione continua indigent sumptuose tibi ad expensas et sumptus huiusmodi facimus sufferendos de imperiali nostra clementia dignaremur facere subsidium oportunum. Nos igitur considerantes attentencius quod tanto maiori promptitudine fidelitatis et obsequiorum studia debeas maiestati nostre impendere quante uberioribus gratiis fueris per nostram munificentiam communitas et volentes suplicationibus tuis modo concurrere gratioso damus et concedimus auctoritate imperiali tibi tuisque heredibus potentem et liberam facultatem in terra tua quam in presentiarum obtines seu

habueris in futurum tam de feudis quam retrofeudis exeuntibus in eadem constituendi imponendi exigendi et recipiendi ex causa premissa nouum pedagium siue theloneum usque ad XXV. annorum spacium tantummodo duraturum. Ita quod de omnibus rebus que intrabunt terram predictam et exibunt de ipsa ab intrantibus et exeuntibus cum rebus eisdem personis tam sublimibus et ecclesiasticis seu religiosis que per terram ipsam cum rebus suis non causa negociandi transiuerint dumtaxat exceptis duo solidi paruorum denariorum monete currentis pro libra qualibet persoluantur. Et quod contra non soluentes et non dantes seu soluere uel dare uolentes pedagium huiusmodi ut prefertur banna et retrobanna ac penas imponere et exigere tuisque et tuorum heredum usibus possis et valeas applicare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem nostram imperialem et penam centum marcharum auri puri imponendam se nouerit incursurum quarum medietas fisco nostro reliqua uero medietas passorum iniuriarum usibus debeat aplicari presentium sub nostro imperiali sigillo testimonio literarum. Datum seuis anno domini M. CCC. LV. ind. VII. VI. kal. maii regnorum nostrorum anno nono imperii uero primo.

N. XIX.

Lettera di Amedeo conte di Savoia a Giacomo principe d'Acaia, perchè rivocasse l'imposizione del pedaggio.
1356. 7. *maggio.*

Amedeus comes sabaudie et princeps illustri fratri et fideli nostro carissimo domino jacobo de sabaudia principi

achaye salutem et successus votiuos ad prospera et honores in felicis ubere cantatis jampridem penes nos terrarum et locorum nonnullorum vallis secusie canapicii et pedemontis baronie et principatus nostrorum subditorum et habitancium validus clamor intenuit et successiue tam subditorum quam extrinsecorum per partes predictas transeuncium frequens et assidua nos querela circonstrepit super eo quod asseritur vos volontarie esse de nouo in juris iniuriarum et de facto pariter statuisse seu quovis modo alio quomodolibet ordinasse quod de omnibus et singulis mercandiis vecturis bladis uinis mercibus atque rebus quocumque de loco mandamentis et territorio vobis subditis extrahantur dentur vobis aut vestris deputatis pro vobis et ab extrahentibus exigantur sex denarii pro libris singulis valoris seu extraxiones mercandiarum vecturarum bladorum vinorum rerum et mercium predictorum vosque et deputatos predictos ad ordinacionis et statuti predictorum executionem perniciosam et dampnabilem inconsulte procedendo jam plurimos compulisse pro sex denariis huiusmodi de libris singulis exsoluendi ab extrahentibus extorsisse. Cum tamen in rebus nouis constituendis euidens debet esse utilitas sicque quis constituere possit et debeat attendendi alioquin transire non debeat impunita dictante juris semita temeritas attentantis quappropter uniuersitas populi vox et clamor refferens in premissis aduersus rempublicam grauem molem superaddi seueritatem et jacturam inferri nos cognoscens superiorem et principem in omnibus et singulis locis tam nostris quam vestris in partibus supradictis debitam principalem auctoritatem esse nostre superioritatis excitat nostris quod partes solicitudinis multiplicis impellat de decenti tam sibi quam honori nostri principatus et nominis et restauracioni reipublice congruo super hiis remedio prouidere. Intereaque recolimus vobis amore fraterno caraque sinceritate scripsisse ut cum predicta nostrum respicerent et populi detrimentum desistere velletis et deputatos vestros desistere facietis et

vobis scripta huiusmodi non exaudentibus rescripsimus iterato constanter et actencius vos monendo et tam per literas quam per nuncios requirendo atque sub expectacione et confidencia debite correctionis in vobis fraterne considerationis affectu placando querulos et pacando verum hiis non proficientibus debitum ad effectum vobisque rescribentibus quod causas jura et raciones legitimas habebitis que vos a populi rumore seu clamoribus excusabant et vestram in premissis statuendi et exequendi justiciam declarabant de quibus rationibus et juribus vos nobis informationes facturos legitimas vestre responsiue litere continebant. Nos quamvis non sine grauamine nostri cordis auxia populi clamores tociens haberemus diffendendi duximus ad informationem huiusmodi et rationes sicut forent racionabiles audiendi quibus nec per vos nec per alium pro vobis nobis missis aut in aliquo pacestis et fletu planctuque dolorosis et continuis populi penes nos conquerentibus undequaque sperantes quod aliqualis afficere debet pro tempore vexactio jacet lectum nos non statuendo nec in voluntate perseuerancie grauaminis populorum mandamini per nostros officiarios a quibuscumque de vestris locis et territoriis in nostra transeuntibus certa leuari genera tributorum sed vos mala prioribus cumulantes non attendentes illud juridice auctoritatis quo dicitur ferre fore abscindenda vulnera que fomentorum non foueunt disciplinam non preteritos curastis emendare deffectus sed ad ampliandum nostri ducatus et principatus contemptum pariter et despectum publice per loca et territoria vobis subdita sicut audiuimus proclamari fecistis et proclamationes penis arduis validari ne quis tam audax inueniatur aliqualiter aut existat qui de locis aut territoriis vobis subiectis ad terras uel territoria nostra blada vina mercandias veyturas merces seu alias res aut bona transferre seu afferre presumat neque mercatores aliqui de ipsis vobis subditis locis et territoriis exeuntes per stratas vias itinera loca uel territoria nobis subdita pertransirent. Non atten-

dentes vos quod directus dominus in feudalibus ita dominus est ut vassallis eius non liceat obliare qui obligatur ex forma fidelitatis ad incolume tutum utile facile possibile et secretum nec non et quod uniuersa et singula que tenetis et tenere potestis aut tenebit in futurum debet esse sub nostris feudo directo dominio feudi homagio ligio tenere necessario vos oportet si lex conuentionis non fallat. Rursum quod in rebus feudalibus querele aduersus vassallum prodite sunt coram domino feudi protractande et si fieret sub silencio preteriri que ab antiquis temporibus nostri predecessores sabaudie comites a felicis recordationis romanis imperatoribus jura uniuersa et singula meruerunt et obtinuerunt principatus habere que solos ipsos comites contingere et illustrare imperialia priuilegia innotescunt. Et tam ad sue proprietatis quam feudalia loca et territoria tam presencia quam futura latissime sunt expressa sicuti vestre discretionis notitiam firmiter credimus non latere post quorum concessionem dum non liceat inde nasci iniurias unde jura certo certius et mandamenta queuis non licuisse uel priuilegia contraria prioribus obtineri neque verosimiliter est credendum. Igitur ampliatis ad modum et incessabiliter sub premissis exactionibus et preconizazionibus doloribus et querimoniis populorum continuis angariamentis diebus ut ad debiti prouisionem remedii pandamus curas nostre solicitudinis efficaces porro quia licet notorietas premissorum et grauitas nos propulsent volentes sicut principalis exigit serenitas deliberate procedere et mature vos iterato requirimus iniungimus vobis pariter et mandamus quatenus dictas impositiones seu exhactiones sex den. pro libra nec non dictas preconizaziones et penas de non transeundo per vias stratas itinera et loca nobis subiecta et alias si quarum similes uel sub alia forma feceritis uel fieri mandaueritis in nostrum et reipublice sicut premittitur detrimentum infra sestam diem post presentationem presencium vobis factam tollatis et amoueatis omnino oblata que seu extorta

de facto reddatis seu reddi et restitui faciatis uel si justam causam et legitimam non tollendi credideritis vos habere vos illam per vos uel per alium sufficienter ad hoc competentem coram nobis uel coram nostro consilio apud aquanum proponatis et de illa sicut expedire credideritis doceatis die quindecima post ipsam presentationem presencium vobis factam ita quod auditis pro parte vestra propositis et productis per . . . . . dictum nostrum consilium super premissis et eorum singulis . . . . . raciocinabiliter videbitur fieri valeat et decerni. Alioquin consideratis quaternis requisitionibus precedentibus vobis factis et contumaciis ante missis si tunc debite non informaueritis quarum supersedendi appareat nos uel dictum nostrum consilium circa retractationem annulationem et reuocationem premissorum et singulorum ex ipsis et ad restaurationem rei publice nostrique principatus et juris prouisionis nec non exactorum seu oblatorum occasionibus premissis restitutionis declarationem ratione preuia procedemus aut procedent vestris absentia non obstante predictas autem dilaciones ad premissa et eorum singula considerata quod res celeritatem desiderat et attentis requisicionibus et contumaciis antemissis pro terminis vobis perhemptoriis assignamus ad predictam decimam quintam diem post presentationem presencium vobis factam nisi fuerit feriata alioquin diem immediate sequentem non feriatam apud aquanum coram nobis uel dicto nostro consilio ad premissa et eorum singula perhemptorie vos citamus presentibus et assistentibus nobis nostris dilectis fidelibus et consiliariis et testibus ad premissa dominis galesio de balma grandimontis sancti amoris guillelmo de balma ludouico reuoire humberto bastardo petro de loes cancellario et lanuloto de castellione. Datum in ponte yudin die septima mensis maii anno domini millesimo CCC. quinquagesimo sexto expedita in baugiaco die XII. mai per dominum presentibus guillelmo de balma ludouico reuoyre philippo de yuis cancellario et johanni mistrali reddantur littere portitori. Antonius beczonis.

Sta pendente il sigillo.

N. XX.

Lega tra Giacomo principe d'Acaia, e Bernabone, e Galeazzo Visconti signori di Milano contro i marchesi Gioanni di Monferrato, e Tommaso di Saluzzo.

1356. 27. *giugno.*

In nomine domini amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto indictione nona die vigesima septima mensis junii. Cum inter magnificos dominos dominos bernabonem et galeazum fratres vicecomites mediolani et dominos generales pro se et subditis et vassallis et hominibus et ciuitatibus et terris et adherentibus et coadiutoribus et posse suis ex una parte et magnificum illustrem dominum dominum jacobum de sabaudia principem achaye pro se et subditis vassallis et hominibus ciuitatibus terris et adherentibus et coadiutoribus et posse suis ex altera sit tractata liga fraternitas confederatio et unio perpetuo dante deo inuiolabiliter duratura egregius vir dominus antonius spinola de luculo ciuis janue procurator et procuratorio nomine supradicti magnifici domini domini bernabonis ut patet publico instrumento rogato per albertolum bolgaronum notarium mediolani his anno et indictione die XXII. presentis mensis junii et egregius miles dom. johannes de peppulis ciuis bononie procurator et procuratorio nomine supradicti magnifici domini domini galeazi vicecomitis ut constat instrumento publico rogato per me johannem notarium infrascriptum his anno et indictione die XXIII. presentis mensis junii pro supradictis dominis et nomine supradictorum dominorum et pro subditis et vassallis et hominibus et civitatibus et terris et adherentibus et coadiutoribus et posse suis ex una parte et nobilis vir jacometus de riuosico procurator et procuratorio nomine supradicti magnifici et illustris domini domini jacobi de sabaudia

princeps achaye ut constat publico instrumento rogato per jacobinum macagnum de vigono notarium his anno et indictione die XVIIII. presentis mensis junii pro ipso domino jacobo principe subditis vassallis hominibus ciuitatibus et terris et adherentibus et coadiutoribus et posse suis ex altera fecerunt dictis nominibus inierunt et firmauerunt ligam fraternitatem confederationem et unionem perpetuo duraturas inter suprascriptas partes contra dominos johannem marchionem montisferrati et thomam de salutiis et marchionatum salutiarum et marchiones de carreto et de ceva vassallos et subditos et adherentes et colligatos ipsorum et cuiuslibet ipsorum et contra terras et loca ipsorum et cuiuslibet ipsorum et contra quascumque alias personas exceptis pro parte dicti domini principis illustri domino domino comite sabaudie eiusque honore et iis in quibus dictus dominus princeps tenetur domino comiti supradicto quam exceptionem dicti domini . . . . . et johannes procuratores predicti et procuratorio nomine predicto non accipiunt nec recipiunt secundum super hoc puncto actum est inter partes predictas quod per supradictos magnificos dominos dominos bernabonem et galeas debeat eligi unus jurisperitus et per supradictum illustrem dominum dominum principem debeat eligi alter jurisperitus qui sapientes sic electi debeant videre viam et modum per quem dictus dominus princeps non faciat contra ea ad que tenetur eidem domino comiti et quod dicti magnifici domini domini bernabos et galeas sint securi quod dicta reseruatio et exceptatio quam facit dominus jacometus procurator et procuratorio nomine dicti domini principis non tendat nec tendere possit aliquo modo uel tempore ad destructionem lige et fraternitatis predicte et quod illud quod dicti sapientes dicerint et ordinauerint contra predicta sit firmum et validum et habeatur pro apposito in presenti contractu. Quam ligam fraternitatem confederationem et unionem dicti procuratores nominibus quibus supra fecerunt et faciunt firmauerunt et firmant cum

pactis modis formis et conuentionibus supra et infrascriptis videlicet in primis quod prefati domini bernabos et galeas tamquam duo correi debendi dictam guerram durante soluere teneantur barbutis ducentum quadraginta recuperandis per dictum dominum principem ultra alias barbutas quatuor centum quas tenere debet in seruitio dicte lige stipendium ad computum flor. decem in mense pro qualibet barbuta quod in totum ascendit quolibet mense flor. duo milia quatuor centum et ipsi dom. principi dare quolibet mense flor. quatuor centum pro emendis equorum dictarum barbutarum fiendis. Que quidem pecunia soluatur isto modo videlicet quod statim prefati dom. bernabos et galeas dare debeant ipsi domino principi solutionem duorum mensium videlicet flor. quatuor milia octocentum pro stipendio dictarum barbutarum ducentum quadraginta et flor. octocentum pro emendis predictis. Et ante finem dictorum duorum mensium prefati domini bernabos et galeas teneantur habere in taurino uel alibi in terris dicti dom. principis thesaurarium eorum cum paga aliorum duorum mensium subsequentium pro faciendo pagam unius mensis et postea subsequenter de alio tam ipsi dom. principi de flor. quatuor centum pro emendis predictis quam dictis barbutis ducentum quadraginta pro ipsarum stipendio et sic fiat et portetur pecunia successiue de duobus mensibus in duos menses pro faciendo pagam et solutionem pro emendis ut supra quamdiu dicta guerra durabit. Item quod officiales dictorum dominorum bernabonis et galeas qui erunt cum gentibus ipsorum domin. que erunt cum dicto dom. principe possint et debeant de dictis barbutis ducentum quadraginta quolibet mense monstram facere. Et si contingat quod ipse barbute reperiantur pauciores tunc non fiat solutio nisi pro tot quot esse reperientur ad suprascriptum computum flor. decem in mense pro qualibet barbuta. Item quod dicti magnifici domini bernabos et galeas debeant dare dicto domino principi viginti bannerie equestres pro sex mensibus

inchoandis die qua ipse gentes ad terras dicti domini principis applicabunt cum domino johanne de bosozero qui eis presit pro capitaneo. Et si contingeret ipsum dom. johannem remoueri uel superesse non posse cum quodam alio capitaneo de quo ipse dominus princeps possit rationabiliter contentari. Et si dicte bannerie non erunt complete dictus capitaneus possit et debeat eas complere videlicet bannerie scuderiorum usque ad pagas vigintiquinque et bannerie militum usque ad pagas triginta. Et finitis dictis sex mensibus predicte bannerie viginti equestres uel alie viginti loco ipsarum debeant remanere in partibus pedemontium donec dicta guerra durabit. Item quod prefati dom. bernabos et galeas debeant tenere cum dicto domino johanne de bosozero uel alio capitaneo qui dictis gentibus preesset balistarios centum quinquaginta ad seruiendum domino principi et ad faciendum omnia que necessaria erunt in dicta guerra qui quidem balistarii et etiam pauesarii ducentum qui erunt cum dicto domino johanne uel alio capitaneo pedemontium jurent et faciant prout facient ille viginti bannerie equestres que erunt in seruitio dicti domini principis cum dicto dom. johanne uel alio capitaneo. Item quod capitaneus conestabiles et omnes armigeri supradicti teneantur et debeant jurare in manibus dicti domini principis et officialium dictorum dominorum mediolani quod ipsi erunt boni et legales eisdem domino galeas et dom. principi et quod ipsorum honores et statum conseruabunt fideliter et augebunt ipsiusque domini principis mandata facient contra omnes exceptis dictis dominis mediolani et subditis et adherentibus et coadiutoribus eorum. Item quod si contingat fieri debere emendas equorum uel dari pagas duplas stipendiariis quod dicti magnifici domini bernabos et galeas teneantur facere ipsas emendas equorum suis viginti banneriis et dictus magnificus dominus princeps teneatur facere dictas emendas et dare dictas pagas duplas suis stipendiariis et gentibus. Sed in casu quo fieret introitus alicuius terre propter quem deberet

dari stipendiariis paga dupla et fieri emenda equorum tunc dicte page duple et emende fiant per illum dominum cui remaneret terra in quam factus esset introitus. Et si contingeret aliquod bellum fieri fiant emende et page duple per illum ad cuius petitionem ipsum bellum factum fuerit et si ipsum bellum factum fuerit ad petitionem utriusque domini tunc emende et page duple fiant comunes et intelligantur predicta tam de stipendiariis dictorum magnificorum dominorum bernabonis et galeas quam de stipendiariis et gentibus dicti domini principis. Item quod dictus dominus princeps teneatur et debeat habere ultra dictos stipendiarios quattuor centum barbutas expensis ipsius domini principis sufficientes et sufficienter in equis et armis et ad faciendum dictam guerram contra inimicos supradictos in marchionatu montisferrati et aliis locis et terris ab alexandria supra. Item quod si contingeret marchionem montisferrati aut aliquos de complicibus suis uel de iis contra quos facta est liga predicta inuadere uel intrare terram ipsius domini principis cum tanta potentia quod ipse dominus princeps cum suis gentibus et aliis supradictis non posset eos expellere exinde quod illo casu dicti domini mediolani eorum exfortium prout fuerit opportunum exponere et mittere teneantur ad terram ipsius dom. principis ad fugandum offendendum et confundendum dictos hostes absque mora. Et simili modo facere teneatur dictus dom. princeps de barbutis predictis et aliis gentibus ipsius dom. principis si contingeret ipsum marchionem uel complices eius cum tanta potentia intrare terram dictorum dominorum mediolani. Item quod si contingat aliquas terras que fuerint quondam domini principis patris prefati domini jacobi uel suas uel quas unquam tenuerint tam proprias quam feudales sicut sunt medietas hiporregie et districtus caluxium castellate sancti zorgi maxadi valperge septimi rocche montiscucchi uel similes haberi capi uel recuperari quod tales terre sint et esse debeant dicti domini principis et in manibus suis libere relaxentur et

tradantur. Et uersauice si contingeret ipsos dominos mediolani uel ipsum dominum principem habere capere uel recuperare aliquo modo aliquas terras que essent uel fuissent dictorum dominorum mediolani uel alicuius ipsorum uel ciuitatum seu terrarum quas tenent uel tenuerint quod ipse tales terre sint et esse debeant dictorum dominorum mediolani uel eius qui ipsas ciuitates tenuisset et dentur atque relaxentur libere in manibus ipsorum. Ita tamen quod in predictis non includantur alique terre que ad presens teneantur per ipsum dominum principem seu vassallos eius. Ita tamen quod per hoc capitulum non derogetur infrascripto capitulo quod facit mentionem de terris ripe et podiuarini. Item quod si contingat aliquas terras castra uel loca uel feuda marchionatus montisferrati per supradictas gentes uel alio quocumque modo capi uel inuadi infrascripte terre deueniant ad dictum dom. principem et eidem libere relaxentur videlicet a duria baltea supra versus terram dicti dom. principis clauaxium verolengum verdengum branditium valpianum et castra atque feuda castilioni et aliorum locorum dominorum dicti loci castilioni sancti rafaelis et totum illud quod tenetur per dominos sancti rafaelis riparie candie et castilioni de candia et casale bergondium brusaschum laurianum cauagnolum et sanctum sebastianum. Relique omnes terre castra et loca et feuda montisferrati debeant pertinere ad dictum magnificum dominum galeas et eidem libere relaxari siue per supradictas gentes siue alio quocumque modo capiantur. Item quod si contingat aliquas personas sint quecumque velint occupare uel occupatas tenere aliquas terras dicti domini principis et maxime de illis quas tenet dictus marchio montisferrati uel aliqui de complicibus suis quod dicti domini mediolani teneantur et debeant procedere contra tales personas occupantes uel capientes aut captas uel occupatas tenentes dictas terras quoquomodo tamquam contra eorum hostes quousque ipse terre restitute essent dicto domino principi et ad eius manus peruenissent. Item quod

dicti domini mediolani non possint nec debeant facere pacem seu treuguam uel guerram lentam seu recreutam cum predictis domino johanne marchione montisferrati thoma de saluciis marchionibus de carreto de ceua uel eorum adherentibus uel aliis contra quos fit dicta liga sine expressa concessione et voluntate ipsius domini principis uel filippi eius filii si ipse dom. princeps esset viam uniuerse carnis ingressus nec ipse domin. princeps uel eius filius predictus uersa uice predicta facere possint sine expressa voluntate dictorum dominorum mediolani. Item quod si contingat quandocumque pacem uel treuguam fieri inter predictos dominos mediolani et principem ex una parte et predictos dominos marchionem montisferrati thomam de saluciis et marchiones de carreto et de ceua et suos uel aliquos ipsorum ex altera et per predictos marchionem et alios superius nominatos aut aliquos ex eis pax aut treugua huiusmodi frangeretur dicto domino principi quod eo ipso sint et intelligantur esse rupte dictis dominis mediolani et tunc omnes ipsi domini mediolani et princeps teneantur se adiuuare contra rumpentes pacem seu treuguam. Item quod si contingat recuperari quomodocumque loca et villas ripe et podiuarini ipsa loca cum hominibus et territoriis sint dicti domini principis et ad eum pertineant et sibi libere relaxentur hoc modo videlicet quod ipse dominus princeps dicta loca recognoscat in feudum a magnifico dom. galeas predicto. Item quod dicti domini mediolani quictare teneantur et debeant ipsum dom. principem ab omnibus penis in quibus obligatus fuit b. m. domino archiepiscopo mediolani et nunc est et esse poterit dictis magnificis dominis mediolani pro non obseruantia pacis pronunciate per ipsum dominum archiepiscopum ita quod ipse dominus princeps ab ipsis penis sit per ipsos dominos totaliter absolutus. Item quod si contingat quod dominus johannes be bosoxero uel capitaneus pedemontis habeat aliquem tractatum pre manibus prefatus dominus princeps teneatur sibi mittere dictas

viginti bannerias et alias suas gentes et ipsi domino johanni uel alio capitaneo suo posse assistere et ipsum viriliter adiuuare dummodo ipse dominus princeps non haberet exercitum contra aliquam terram et terris ipsius dom. principis remanentibus in sufficienti custodia. Item cum per magnificum dominum bernabonem predictum super terra marchionatus saluciarum pronunciatum fuerit prout infra videlicet. Item quod si contingat terras marchionatus saluciarum capi per gentes predictas dom. princeps debeat habere terras infrascriptas scilicet carmagnolam raconisium et reuellum et quod dictus dominus princeps teneatur dare unam ex suprascriptis duabus terris scilicet carmagnola et raconisio domino manfredo de salutiis et ipsam dom. manfredus debeat recognoscere in feudum a dicto domino principe. Super aliis uero terris marchionatus saluciarum quod super predictis tribus terris superius nominatis volumus quod si per gentes dicti domini principis caperentur uel ad dictum dominum principem peruenirent quod ipse teneatur eas dare in feudum domino manfredo de saluciis et si per gentes magnifici domini galeas caperentur uel ad ipsum peruenirent faciat de ipsis juxta sue libitum voluntatis. Actum est per predictum dominum principem ex una parte et dictum domin. manfredum ex altera quod eligantur duo amici qui super predictas partes debeant concordare. Item quod si contingat per dictorum dominorum gentes capi terras marchionum de carreto que ab ipso dom. principe tenentur in feudum ipse tales terre sic capte sint et esse debeant ipsius dom. principis alie uero terre dictorum marchionum que capientur sint illius qui eas capere poterit et eas teneat tamquam suas eo saluo quod de bonis ipsorum de carreto que non sunt de feudo domini comitis sabaudie uel ipsius domini principis que ut supra capientur et peruenirent ad manus dictorum dominorum fiat ante omnia illustri domine alaxie de sabaudia sorori dicti domini principis uxorique quondam domini manfredi de carreto solutio et restitutio dotis sue

prout sua religunt instrumenta et quod si alique terre caperentur que fuissent modo aliquo tente uel possesse per magnificos dominos mediolani ille tales terre perueniant in prefatum magnificum dominum galeas ita tamen quod per hoc non preiudicetur capitulo suprascripto facienti mensionem de terris ripe et podiuarini. Que omnia etc. Acta fuerunt suprascripta omnia et singula mediolani in domibus abitationis prefati. magnifici galeas videlicet in quadam camera inferiori turrionis veteris presentibus etc.

Et ego joannes filius quondam prosperi de silva de sancto miniate lucanensis diocesis imperiali auctoritate judex ordinarius et notarius publicus prefatique magnifici domini galeas cancellarius predictis omnibus rogatus interfui in hanc publicam formam redegi et me subscripsi et in ipsorum omnium fidem et testimonium signum meum apposui consuetum.

N. XXI.

Gioanni marchese di Monferrato accetta la guerra intimatagli da Giacomo principe d'Acaia.
1356. 12. *agosto.*

Litteris vestris continentibus quod justis suadentibus causis ad quas cum debita meditatione mouebamini nos et nostros diffidatis breuiter respondentes negamus aliquas inesse causas in nobis propter quas nos nostrosque habeatis ratiocinabiliter diffidare. Et si sentitis per vestram seriem litterarum que causa inscit nobis justa et rationabilis per quam nos diffidare debueratis dicimus vos mentiri. Et licet tot temporum adfluxere curicula que tollere potuerit obliuio vestra de pace juramento firmata vestre memorie comen-

damus. Non enim in loco ciriaci asistentibus ibi illustri nepote nostro domino comite sabaudie vestro domino et aliis proceribus et nobilibus dictam pacem corporali juramento firmastis ultra solempnem per vos sub fide et pena premissa. Qua fronte igitur potuistis fidem fallere et diuinam relligionem contempnere. Protestati igitur fuimus in vestri nuncii presencia et plurium militum et nobilium et hiis nostris litteris protestando per ipsam talem diffidantiam vos fidem fefelisse pacem violasse esse quoque periurum. Et ea serenissimo domino nostro et vestro romanorum imperatore et aliis regibus et baronibus xpianis facere intendimus esse nota. Et vestram famam apud eos et mundi xpicolas veraciter denigrare et si forte substinere volueritis nos causam fecisse rationabilem propter quam nos debueritis diffidare et vos per diffidantiam non esse periurum offerimus nos paratos coram dicto domino imperatore et regibus et aliis baronibus condecentibus de persona nostra contra vestram probare quod non fecimus causam rationabilem unde ipsa diffidatio debuerit emanasse et quod estis per dictam diffidantiam periurus et infamis. Protestandoque quod per ipsam diffidantiam nos juste offendere non potestis sed periurum incuretis et pro singulis offensis pacis eritis violator penas adiectas in ipsa forma pacis nichilominus incursuri. Non enim scriptum est in lege nichil est quod lumine clariore perfulgeat quam recta fides in principe cuius oppositum per vos in isto casu presentialiter operatur. Dat. in ciuitate papie die XII. mensis augusti MCCCLVI. indictione nona.

Johannes marchio montisferrati papie et imperialis vicarius.

Sta fisso il sigillo.

(fuori) Magnifico viro domino jacobo de sabaudia principi.

N. XXII.

Relazione di Ludovico Revoire sulla missione sua a Giacomo principe d'Acaia per riavere la città d'Ivrea. 1356. 25. *settembre.*

Anno domini MCCCLVI. ind. IX. die XXV. mensis septembris apud ripolas in domo predicatorum presentibus etc. Dominus ludouicus reuoire retulit quod ipse die jouis que fuit dies XXI. mensis septembris inuenit dom. jacobum principem in campis versus castrummontem et ibidem sibi presentauit literas clausas de credentia ex parte dicti domini comitis et juxta memoriale ordinatum per domin. comitem requisiuit eum graciose de redditione ciuitatis yporregie et expeditione captorum quos secum duci faciebat et locutus fuit ei tam ex parte domini comitis quam eciam ex parte sua quomodo tam super predictis quam super amocione noui pedagii sex den. pro libra vellet tandem facere quod dom. comes merito contentus esset de ipso et quod dictus dom. jacobus princeps sibi respondit tunc multum bene quod nulla via vellet esse ingratus domino comiti et si crederet quod debuisset sibi displicere non fecisset sed dom. comes gratum habere debebat dictum pedagium pro augmentatione ipsius dicti principatus. Et statum capitanie ciuitatis yporregie pro augmentatione dicti domini comitis et dicti principatus quoniam per illam captionem a se factam nichil erat denegatum viribus ipsius domini comitis sed pocius augmentatum cum domin. comes anthea nichil teneret in bolenco et modo tenet medietatem cum ipse dominus princeps bolencum receperit nomine ipsius domini comitis et suo et quicquid ipse dominus princeps habet et tenet in predictis ipse tenet in feudo et homagio et de feudo dicti dom. comitis quod ita non erat in manibus marchionis montisferrati. Dixit eciam quod apparebat sibi per publicum instrumentum

quod dominus amedeus de villeta potestas yporregie erat ibi tam pro dom. comite quam pro marchione comuniter pro indiuiso et quod in sua creatione juramentum prestiterat marchioni sicut et dom. comiti et quod partem marchionis dumtaxat occupauerat tamquam ab inimico suo et dicto domino comiti cum omni reuerentia et affectu reseruauerat plenissime sua jura pariter et honores et cum dictus dom. ludouicus replicauit indiuiduitate ciuitatis de captiuatione subditorum domini de spoliis de diruptionibus domorum ipsorum subditorum et de aliis grauaminibus que sustinent tam dominus comes quam eius subditi occasione captionis dicte ciuitatis quam occasione dicti noui pedagii ipse respondit quod de dictis spoliis sibi displicebat et quod in aliis fuerat causa bona et finaliter concludebat in respondendo quod ipsi venirent illo sero apud taurinum et haberet consilium de predictis et tamen responderet et faceret quod dictus dominus comes bene deberet esse contentus quia nulla via mundi recedere volebat a suo beneplacito de toto tempore vite sue. Deinde ipsis existentibus in taurino nocte illa tarde dictus dominus ludouicus expectauit in crastinum et mane facto dixit eidem dom. principi quod ipse vellet tantum respondere et facere quod dom. comes sibi non posset impingere aliquam maliciam vel ingratitudinem contra ipsum quia ipse dom. comes alias litteras apertas miserat eidem domino principi quas ipse domin. ludouicus portabat per quas inducebat eum et hortabatur tamquam fratrem et ostendebat pericula ex predictis eminencia et penas quas inde possent contingere et finaliter ipsum requirebat sic fortius poterat et per mandata et penas de restitutione et emenda predictorum et dictas litteras ipse dominus ludouicus tenebat in manu sua et copiam earundem exhibendo illas dicto domino principi et sibi dicendo pericula que erant magna contra ipsum si non haberet bonum auisum et bonam obedientiam erga dominum comitem in predictis et quod tunc dominus princeps requisiuit eundem

dominum ludouicum quod sibi traderet copiam ut ipse deliberaret ad eo quod quando requireretur consulcius responderet et quod tunc ipse dom. ludouicus copiam sibi tradidit et suam deliberationem expectauit et postea responsionem ab eo habere congruam de premissis tam ipse solus a solo domino principe quam alias in presencia consilii sui uel alias in presencia domini abbatis pluries et successiue requisiuit sed aliquam aliam responsionem habere non potuit nisi excusationes que superius sunt premisse et quod si domino comiti placeret ipse dominus princeps bene consentiret quod amici certo nominati per ipsum de predictis viderent et ordinarent et quod dictus comes daret eis similiter potestatem. Et predictus dominus ludouicus referens juratus asserit esse vera etc.

N. XXIII.

Relazione di Umberto di Savoia inviato come commissario al governo della città d'Ivrea occupata dalle armi di Giacomo principe d'Acaia.

1356. 8. *ottobre.*

Anno domini M. CCC. L. sexto indicione nona die sabbati VIII. die mensis octobris in ingressu pontis ciuitatis iporegie in fuburgo ante dictum pontem presentibus testibus vocatis et rogatis viris nobilibus dominis ludouico rauoire domino domeyssini amedeo de villeta bouerio de chignino militibus ybleto de chalant petro nato martini ex comitibus sancti martini petro nigri petro albi bastardis montis joueti amedeo gay de scalis guillelmeto de bordellis petro et bonifacio de stria hugonino talliandi johanne de riparolio ciuibus yporegie et pluribus aliis fide dignis. Vir nobilis et potens dom. humbertus bastardus de sabaudia dominus moletarum

et altivillarii comissariusque illustris et magnifici principis dom. amedei comitis sabaudie specialiter deputatus ad visitationem ciuitatis yporegie consolationem ciuium et habitatorum eiusdem et reparationem status ciuitatis et hominum predictorum missus propterea et ex eis dependencia et appendencia et connexa ad dictam ciuitatem pro parte dicti domini comitis cum litteris patentibus eiusdem dom. comitis in pergameno scriptis in pendenti cera rubea sigillatis continentibus datam ad predicta et eorum singula potestatem dicto dom. humberto et speciale mandatum quas litteras dictus dom. humbertus in sua manu publice deffe-rebat et omnibus et singulis videre uel audire volentibus exibebat et manifesta eorum commentaria faciebat. Venitque prefatus dominus h. commissarius ad dictum pontem volens per illum transire et ciuitatem intrare et predicta sibi commissa feliciter expedire et cum applicauit ad ipsius pontis ingressum gentes que pro magnifico domino jacobo de sabaudia principe achaye erant in ciuitate predicta et in ipsius munitione et custodia accurrerunt et ingressum dicti pontis obsturauerunt pontem leuando et se ipsos cum diuersis armorum generibus violenter opponendo et dicto dom. commissario ne intraret totis vi et viribus repugnando et tunc dictus dominus h. commissarius prelibatus vocari fecit virum nobilem jacobum de luyserna qui exercitum seu turbam et comitiuam regebat pro dicto domino jacobo principe posita ad dicte custodiam ciuitatis. Et qui jacobus de luyserna erat etiam in dicta ciuitate vicarius deputatus pro dicto domino jacobo principe et pro vicario palam et notorie se gerebat et gexerat habitus erat comuniter ab omnibus et habebatur tam in dicta ciuitate quam in locis circumstantibus et ultimis et eodem jacobo vicario et rectore ciuitatis et gentium predictorum veniente cum predicta potentia armatorum portis dicti pontis et ipso ponte fortiter ante munitis audiente intelligente et vidente dominus humbertus commissarius intimauit et ostendit eidem et omnibus cum ipso presentibus

et audire volentibus literas sue comissionis predictas et continentiam earum faciendo legi coram eo et eorum omni populo circumstante et exibendo vexillum explicatum rubeum cum cruce alba magna quo vexillo in hac parte potestatem habens et tamquam commissarius utebatur. Et nichilominus proterea verbo tenus explicabat quomodo et a quo missus erat per visitationem reparationem et ordinationem predictis requirendo primo secundo et tercio et eciam quarto et pluries atque cum multa instancia se admitti dicto nomine commissario et ingressum sibi preberi. Sed prefatus jacobus de luysserna vicarius et sibi assistens armatorum caterua nec responsum dare nec ipsum commissarium admittere voluit sed fortificatis munitionibus porte et pontis multo amplius resistebant. De quibus omnibus et singulis ita gestis et actis dictus dominus humbertus commissarius fieri requisiuit publicum instrumentum per me bonifacium de mota publicum notarium infrascriptum.

Subsequenter eodem anno indictione die loco et coram prenominatis testibus vocatis et rogatis prefatus dominus ludouicus rauoyre accedens ad dictum pontem tunc sibi baffiatum sed porta clausa et armatorum multitudine copiose munita vocato dicto jacobo vicario dicte ciuitatis intimauit eidem quod dictus domin. h. commissarius et ipse dominus ludouicus representabant personam domini comitis sabaudie in premissis et quod propterea de dicti dom. comitis conscientia et mandato utebantur ipsius dom. comitis vexillo. Et nomine et ex parte eiusdem domini comitis requisiuit dictum vicarium et generaliter omnes alios et singulos qui cum ipso erant et qui haberent super hiis potestatem quod ipsi portas apperirent et ingressum liberum darent eis ad ciuitatem predictam pro ipsius ciuitatis directione et comodo euidenti. Et dictus dominus jacobus de lusserna vicarius nomine vicario et ex parte dicti domini principis respondit et dixit quod in casu et non aliter quo ipsi promitterent et se sub fide sua obligarent quod jus dicti

domini jacobi principis domini sui tale quale et quod et quantum ipse dominus jacobus princeps habuit in ciuitate predicta antequam marchio montisferrati dictam ciuitatem acciperet uel intraret conseruaret plenarie deffenderent et deffendi facerent et seruari ipse dictus vicarius et sibi assistentes dictis dominis l. et h. pro domino comite pontem et portam predictam facerent apperiri et sibi ingressum preberi aliter autem nequaquam. Et tunc dictus d. ludouicus replicando quod ipsam ciuitatem volebat intrare pro directione regiminis et status ipsius ciuitatis et quod jus quod quale et quantum dictus princeps habet habere potest in eadem ciuitate occupare non venerant nec volebant sed potius conseruare et quod dictum vicarium tollere non volebant de regimine quod habebat in eadem ciuitate sed prefatus vicarius nichilominus pontem et portam clausit et apperire recusauit uel facere apperiri munitionibus magnis armatorum positis in eisdem. Et ita dicti domini l. et h. cum vexillo armorum sabaudie ab ingressu dicte ciuitatis prohibiti et frustrati retrocesserunt requirentes tamen de premissis omnibus et singulis ita dictis et gestis sibi fieri publicum instrumentum per me dictum bonifacium de mota notarium supra et infrascriptum. Et ego dictus bonifacius etc.

N. XXIV.

Sentenza, in cui Giacomo principe d'Acaia è condannato a rivocare l'imposizione del pedaggio.
1356. 17. *ottobre.*

In nomine domini amen. Orta materia questionis coram nobis consilio illustris principis domini amedei sabaudie comitis inter discretum virum dom. petrum de montemeliori jurisperitum procuratorem et procuratorio nomine prefati

domini nostri comitis ex una parte et thomam orselli de perruxia taurinensis diocesis procuratorem et procuratorio nomine illustris dom. jacobi de sabaudia principis achaye ex altera parte. Nos auditis partibus etc. visis etc. pro tribunali sedentes etc. dictum procuratorem dom. jacobi principis et in ipsius procuratoris personam eundum dominum jacobum dominum suum non obstantibus pro parte sua propositis et productis que ad effectum ad quem proposita sunt minus sufficentia et minime probata cognoscimus et reputamus quod tollat et amoueat dictas impositiones seu exactiones seu denariorum pro libra nec non dictas preconizationes et penas de non transeundo per vias stratas itinera et loca prefato domino comiti subiecta et alias quas sub hac forma uel alia similia fecerit seu fieri mandauerit nec non quod ablata seu extorta premissarum impositionum et preconizationum occasione reddat et restituat et restitui faciat sententialiter condempnamus.

Lecta lata et pronunciata etc. Anno domini MCCCLVI. indict. IX. die decima septima mensis octobris.

N. XXV.

Sentenza colla quale i feudi del principe d'Acaia sono dichiarati aperti.
1356. 4. *novembre.*

In nomine domini amen. Anno eiusdem M. CCC. L. sexto die quarta nouembris apud ripolas venerabili consilio illustris et magnifici principis domini amedei comitis sabaudie pro tribunali sedente. Auditis etc. visis etc. Nos dictum consilium in hiis scriptis pronunciamus et declaramus dictum dominum jacobum de sabaudia principem non paruisse mandatis sed ea contempsisse negligenter et contumaciter

neglexisse et contempnendo penas que incutendo per dictum dominum nostrum comitem sibi impositas propterea amisisse feuda resque et bona feudalia omnia et singula que tenet et tenere debet dictus dom. jacobus princeps a dicto dom. comite. Et ea fore excheita commissa et apperta dicto domino nostro comiti et eundem dictum dominum nostrum comitem posse et debere illa omnia et singula ad manum suam accipere tamquam sibi commissa et amissa per dictum dominum jacobum principem ex causis supra recitatis atque declaratis et tam omnibus quam singulis reducereque et retinere pleno jure nec non ipsum dominum jacobum principem ad dimittendum et relaxandum pure et libere ea omnia et singula ex causa dictarum amissionis et comissionis ipsi domino nostro comiti sententialiter condempnantes.

Lecta lata etc.

N. XXVI.

Lettera del conte Amedeo a Giacomo d'Acaia, nella quale gli notifica, che procede contro di lui a mano armata.
1359. 28. *ottobre.*

Amedeus comes sabaudie dux chablaisii et auguste et in ytalia marchio et princeps. Magnifico viro domino jacobo de sabaudia principi achaye fratri et fideli nostro operum peruersorum correctionem debitam pro salute etsi sanguinis necessitas votis vestris annuere fauorabiliter nos inducit principalis tamen auctoritatis eminencia vestris nefandis operibus resistere et vestrum peruersum conatum militari manu compescere necessario nos compellit. Sane dolenter referimus quod non possumus salua nostri status decentia sub silentio et dissimulatione transire qualiter hiis diebus leuam seu gabellam a nostris et vestris subditis et quibuscumque aliis

imposuistis de nouo et in terra ad vos utiliter ad nos autem pertinente directo exegistis et exigere tam continue voluistis in nostri dicte nostre et vestre patrie tociusque reipublice detrimentum quod ad ipsorum postulacionem tanquam vester superior et dominus vos coram nobis fecimus evocari causas si quas haberetis quare ipsam leuam imponere et exigere deberetis rationabiliter ostensurum. Et licet causas aliquas friuolas per vestros procuratores proponi feceritis coram nobis tamen quod ipsam leuam indebite et iniuste imposueritis et ab ipsius leue exactione desistere deberetis et exacta reddere de nostrorum procerum et consiliariorum consilio et consensu in nostro chamberiaci palatio contra vos deffinitiuam sententiam reportastis a qua non fuit cum nec poterat appellatum nec etiam supplicatum quam justam et sitam sententiam contemnendo vos non eo minus ipsam leuam seu gabellam per vestros nuncios exigere non cessastis et proh dolor contra nos qui principatus appicibus decoramur in ipsorum contemptum vestri status et honoris perniciem ciuitatem nostram yporegiensem quam cum illustri dom. johanne marchione montisferrati auunculo nostro carissimo pro indiuiso habebamus et nostros proprios in eadem ciuitate rectores et officiarios illis temporibus habebamus ad fidelitatis vinculum quo nobis tenemini mentis oculos non habentes hostili more occupatis de facto nostros vassallos homines et subditos personaliter capiendo incarcerando et ipsorum domos funditus diruendo licet vigore pacis inter vos et nos ex una parte et dictum dominum marchionem ex altera inhite ipsam ciuitatem pro parte media pro indiuiso dicto nostro auunculo marchioni defendere deberemus et ad hoc essemus solempnibus juramentis et stipulationibus obligati de quibus cum presentes essetis pretendere ignorantiam non potestis quorum occasione ymo potius justa causa contra vos ad arma processimus in tantum quod vos ipse personam vestram nostro conspectui presentastis et destando juri in nostra curia juramentis propriis obligacionibus

solemnibus submisistis de quibus eciam plures fideiussores dedistis post que super predictis inter vos et nos fuit amicabiliter arrestatum quod dicte sentencie supra dicta leua sicut et debebatis acquiexeretis ipsam sentenciam obseruando que jam in rem transierunt judicatum. Nos quippe verosimiliter oppinantes vos debere ipsam sentenciam tanquam veram et legitimam obseruare et ab ipsius leue seu gabelle exactione cessare contramandauimus gentes nostras et pro nostri comitatus et principatus augmento nostreque reipublice agendis feliciter explicandis profecti fuimus ultra montes vos quoque hostis antiqui proteruitate seductus nefandis consiliis in hac parte imbutus ipsam leuam contra deum et justiciam in nostri principatus nostreque et vestre patrie et tocius reipubblice iniuriam in certis locis iterum exegistis et adhuc in ipsius exactione gabelle ut supra vestri nuncii vestri parte damnabiliter perseuerant.

Porro cum stephanus et johaninus prouane fratres a processibus quos per vestros officiarios fieri extimabant iniuste ad nos tamquam superiorem et dom. vestrum quod poterant appellassent vos de facto ipsorum domos fecistis dirui et bona que intus erant in nostri grande preiudicium occupari nostram superioritatem et dominium sic spernentes et nostram et vestram pedemoncium patriam quam a nobis tenetis suis juris appellationis remediis spoliare volentes et licet tanta scelera cum cordis angustia affectione fraternali commoti crederemus sub dissimulatione transire sperantes vos melioris vite frugem assumere et desistere ab inceptis et ad nos vestrum dominum naturalem obedientie oculos aperire vos tamen ultra humane nature cuius est peccare terminos excedendo per contumacionem vestra opera fecisti diabolica racionabiliter nuncupari duos homines innocentes qui a processibus quos credebant iniustos per vestram curiam inchoatos ad nostram audienciam appellauerunt quod facere poterant nec vobis iniuriam faciebant ad nos vestrum superiorem et dominum appellantes mandastis gladio interfici

tam crudeliter quam iniuste nobis in querio existentibus predicta in montecalerio perpetrare fecistis. Cum quod in vobis et vestris actibus quod ut deus nouit displicibile gerimus per continuacionem longinquam nullam correctionis viam videamus paratam cum perseuerancia peccatores inducat in profundum malorum volentes ad nostre dominacionis et potentie cum alia non videamus parata remedia prosilire vobis tenore presencium intimamus quod contra vos ad vestri mali propositi intencionem tollendam et annuente omnium saluatore in melius reformandam viriliter procedemus tanquam contra nostrum rebellem et juuante domino quoniam timor dei vos a malo non reuocat vos ad eas semitas discipline compellet quod in vobis obediencie virtutibus ampliatis ad aliorum laudabilium operum omnipotentis misericordia vos perducet vobis et uniuersis inspecturis presentes tenore presencium intimantes quod quoties ducti consilio saniori volueritis ad nos vestrum dominum vos offerre decenter et corrigere que per vos perperam sunt peracta uel sicut debetis in nostra curia stare juri nos vos audiemus libenter et vos tam rationabiliter quam misericorditer admittemus. Presentes autem litteras penes nos ad cautelam fecimus registrari et de ipsarum presentacione juramento stabimus portitoris. Dat. rippolis die XXVIII. octobris anno domini M. CCC. LVIIII.

N. XXVII.

Amedeo VI conte di Savoia conferma ai nobili del Piemonte le loro antiche franchigie.
1360. 12. *aprile.*

Anno domini millesimo trigesimo sessagesimo indictione tertia decima die duodecima aprilis. Per presens instrumentum cunctis fiat lucide manifestum quod multum illustris

et magnifici principis domini nostri dom. amedei sabaudie comitis testium et mei notarii infrascriptorum presentia propter infrascripta constitutis viris nobilibus dominis guidone et jacobo prouane militibus jacobo de lucerna filio quondam aymonis condomino lucerne jacobo filio quondam hueti de plozasco condomino de nono jacobo prouane de plozasco domicilliis suis propriis et ceterorum bannerettorum et nobilium terre pedemontium quam idem dominus comes obtinuit et habuit vigore late sententie pro ipso et contra dominum jacobum de sabaudia principem achaye nominibus. Ipsi domino comiti exposuerunt quod ipsorum predecessores et ipsi ab inclitarum recordationum dominis sabaudie comitibus qui fuerunt pro tempore olim dicte terre pedemontium successiue a bone memorie dom. philippo de sabaudia achaye principe patre dicti dom. jacobi principis deinde ab ipso domino jacobo principe certa priuilegia libertates immunitates ac franchisias obtinuerunt habuerunt et eis gauisi fuerunt temporibus retroactis presentialiter atque gaudent et ipsi domino comiti supplicauerunt ut ipsa priuilegia libertates immunitates et franchisias eisdem et eorum posteritatibus in futurum et certa priuilegia libertates franchigias et immunitates de nouo concedere dignaretur ut sub sua deuotione protectione et humbraculo viuere possint libertatibus insigniti quibus ipsorum filii status prosperi recipiant incrementum ut facti locupletes ipsi domino comiti et suis seruire cordis desiderio exuberantius animentur. Hinc est quod ipse dominus comes amantissimus ut asseruit quod si imperii principalis eminentia dignitatis honos largitionibus attolere ac gratiis et beneficiis communiter inducat illos tamen promptius subleuare qui ab initio per eius dominos et predecessores fuerunt libertatibus communiti qui quod eis seruierunt fideliter et ipsi domino comiti curis continuis et vigiliis nobis sinunt incessanter donis et libertatibus exaltare principatus sinceritas ex quoddam naturali debito ipsum excitat et astringit. Volens igitur idem

dominus comes ut asseruit ipsos bannerettos et alios nobiles prosequi fauoribus gratiosis ut in eos et ipsorum posteritates sue magnificentie confluere dexteram largitatis appareat eorum supplicationum inclinatus gratiose ut quanto maioribus erunt libertatibus et priuilegiis per eum insigniti tanto ad ei et suis heredibus seruiendum feruentius studebunt cura vigili insudare dictis bannerettis et nobilibus dicte terre tam presumptis presentibusque ceteris absentibus et eorum heredibus et successoribus quibuscumque largitur vigore presentis instrumenti concedit donat et indulget pro se et suis heredibus et successoribus quibuscumque in sabaudie comitatu libertates franchisias immunitates ac priuilegia que et prout inferius describuntur. In primis dictis nobilibus heredibus et successoribus quibuscumque eorumdem approbat et confirmat ipse dominus comes largitur et concedit quod ipsi possint in terris et locis ipsorum quemlibet bannatum de terra ipsius domini comitis reducere exceptis proditoribus furibus seu latronibus prout retroactis temporibus extitit consuetum excepto tamen et saluo quod illi de prouanis reducere non possint aliquos offendentes illos de cargnano nec e contra illi de cargnano aliquos offendentes illos de prouanis. Item quod ipsi nobiles et eorum heredes possint impune et absque reprehensione ipsius dom. comitis et suorum adiuuare quemcumque eorum amicum saluo contra ipsum dominum comitem et illos de suo cognomine et armis sicut tamen et quemadmodum faciunt nobiles de sabaudia videlicet ultra montes. Item quod dictus dominus comes uel aliqui eius officiarii seu commissarii non possint nec debeant ullam jurisdictionem uel actum juridicum criminalem seu ciuilem in terra territorio finibus et jurisdictione dictorum nobilium aliquando exercere nisi forte ipsi nobiles et eorum heredes seu officiarii ipsorum deficissent in justitia exhibenda. Item idem dom. comes eisdem nobilibus sicut supra largitur et concedit quod quotiescumque equitabunt cum armis cum ipso uel pro ipso idem dominus

comes debeat et teneatur eis facere expensas et emendare equos quos perdent in eius seruitio prout facit nobilibus de sabaudia et est facere consuetus. Item quod prefatus dominus comes non possit nec debeat per se nec officiales suos seualium suo nomine aliqua ratione seu causa ingenio uel colore petere uel alio modo requirere seu compellere dictos nobiles eorum heredes uel successores ut tradant seu ponant castra seu fortalitia eorum in manibus eiusdem comitis uel eius officiariorum uel aliarum personarum eius nomine requirentium nec aliquo modo seu defectu aut delicto commisso uel aliter perpetrato possit uel valeat dictos nobiles possessione et dominio castrorum fortalitiorum et locorum suorum aliquando spoliare uel priuare uel aliquando inquietare nisi pro commissione feudi et pro quibus feudi commissio sequi deberet et quod pro aliis omnibus seu delictis committendis per ipsos nobiles seu eorum alterum uel heredes seu successores eorundem possit idem dominus comes ipsos punire secundum suasent ordo juris. Item quod omnes cause et questiones ciuiles et criminales que erunt in futurum seu vertentur inter nobiles supradictos uel inter ipsos et alias personas de terra domini comitis cognoscantur examinentur et definiantur ac cognosci et definiri debeant tantummodo in terra dicti domini comitis citra montes. Item quod si forte contingeret casus quod feudum aliquod committeretur de jure eidem domino comiti aliqua de causa quod dictus comes teneatur et debeat dictum feudum comissum dimittere et relaxare consortibus dicti feudi si tamen justum pretium eidem de dicto feudo dare vellent. Item quod ipse dominus comes reddere teneatur simpliciter et de plano jus summarium eorum unicuique leso et explicato de suo feudo iniuste. Item gabellam nouam videlicet illam pro qua inter ipsum dominum comitem et dominum jacobum de sabaudia principem achaye predictum questionum et dissentionum materia est edita tollet et tolli faciet idem dom. comes nec ab inde eam exigi sustinebit

uel leuari. Item idem dominus comes concedit eisdem nobilibus et suis heredibus et successoribus quod aliquis eorum uel alterius ipsorum homo presentialiter uel in futurum in terris propriis et dogmis dicti domini comitis non recipiatur in burgenses nec burgentium villarum capitulis libertatibus et priuilegiis gaudeant si tamen per ipsos nobiles uel eorum heredes et successores infra annum et diem numerandum a tempore quo villam intrauerit et morari voluerit fuerit ville castellano uel rectori vice ipsius domini comitis requisitus. Item concedit et largitur idem dominus comes ipsis nobilibus sicut supra quod ipse non possit acquirere aliquam partem feudi ipsorum nobilium nec eorum heredum et successorum sine consensu aliorum consortum et agnatorum ac cognatorum suorum. Item concedit eisdem nobilibus et eorum heredibus et successoribus quibuscumque sicut supra erogat et largitur quod nullo modo ponantur uel remittantur in perpetuum quocumque contractu uel alienatione in manus illius domini jacobi de sabaudia principis achaye primum olim dominum dicte terre pedemontium uel eius heredum aut alicuius alterius persone sed remaneant et remanere debeant vaxalli predicti domini comitis et heredum suorum masculorum et feminarum ab ipso domino comite descendentium uel illi qui succedet ei in comitatu exceptis dicto domino principe et suis heredibus et si contingeret quod dictus dominus princeps uel heredes ipsius succederent in dicto comitatu in eo casu sint a dicta fidelitate ipsi domino comiti dedita et prestata absoluti et etiam liberati. Item concedit idem dominus comes et largitur ipsis nobilibus sicut supra quod non consentiet quoquo modo quod ipse dominus princeps uel eius heredes possint acquirere aliquod jus super feudis nobilium predictorum eorum successorum uel ipsorum alterius quoquo modo. Item dictis bannerettis et nobilibus et eorum heredibus et successoribus concedit et largitur quod non possit eis militias seu cauallerias imponere nisi quando guerram

haberet et eo casu seruire teneantur per modum per quem bone memorie domino philippo de sabaudia principi achaye seruire tenebantur in suis caualcatis atque guerris que omnia et singula per ipsum dominum comitem ut supra dictis nobilibus eorumque heredibus et successoribus concessa donata largita ac indulcta promisit idem domin. comes bona fide et per juramentum suum ad sancta dei euangelia corporaliter prestitum subque bonorum suorum eorumque hipoteca attendere complere ac inuiolabiliter obseruare et non contrafacere uel venire nec contrafacere volenti alliqualiter consentire prebereue auxilium consilium uel assensum aliqua arte uel ingenio seu quibusuis coloribus exquisitis sed ea omnia et eorum singula attendere et complere per omnia in suis singulis capitulis atque punctibus prout facient et sunt supra declarata. Renuntians idem dominus comes ex eius certa scientia virtuteque juramenti prestiti per eundem exceptioni dictarum largitionis concessionis donationis indulctionis promissionis obligationis eorumque predictorum non recte et non legittime factorum doli mali metus infactum actioni conditioni sine causa justa uel iniusta juri per quod deceptis seu lesis in contractibus subuerint juridicenti restitutionem non valere generalem nisi precesserit specialis restitutionis in integrum beneficio omnibusque statutis priuilegiis rescriptis et consuetudinibus editis et edendis indulctis et indulgendis omnibusque juribus tam canonicis quam ciuilibus per que contra predicta uel eorum aliqua posset facere uel venire aliqua arte uel ingenio seu quibusuis coloribus exquisitis seu quomodolibet se tueri. Est enim actum quod de predictis fiant unum et plura eiusdem tenoris publica instrumenta perpetuo ad opus dictorum dom. comitis et suorum imposterum benemeritorum nobilium et eius heredum et successorum valitura actum in castro ripolarum in camera cubiculari dicti domini comitis ubi ad hec testes vocati fuerunt et rogati videlicet dominus giullius de balma dominus albergamenti ludouicus reuoyre dominus de

maysso et geybaisi aymo de chyallant dominus fenicii et aymo ville milites robertus pugini de clusis jurisperitus et petrus gerbaysi de belliuo thesaurarius domini comitis supradicti. Ego vero bonifatius de motta grenopolensis diecesis auctoritate imperiali et prefati domini comitis notarius publicus hiis omnibus interfui et presens instrumentum rogatus recepi in eo propria manu me subscripsi ipsumque signo meo solito signaui leuarique feci et in formam publicam redigi per johannem granaterii de secuxia notarium publicum vigore generalis commissionis de instrumentis per me receptis et recipiendis in formam publicam redici per quemcumque idoneum notarium faciendis per ipsum d. comitem mihi facte ipsumque reddidi cum certis aliis instrumentis eiusdem tenoris usque ad numerum duodecim dumtaxat presens tamen in dicto numero incluso a banneretis et nobilibus antedictis. Nos autem comes predictus attestantes omnia et singula supradicta fore vera et sunt per notarium processisse presens instrumentum quod nostri magni sigilli muniri roborarive jussimus ad eternam memoriam rei geste. Dat. actum anno die loco quibus supra per dominum presentibus dominis gulielmo balma ludouico reuoyre aymone de chialano roberto pugini et petro gerbaysi thesaurario supradictis.

N. XXVIII.

Filippo d'Acaia presta omaggio ad Amedeo conte di Savoia, e conferma lo stipulato col suo genitore.
1364. 10. *aprile.*

Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo quarto indictione secunda die decima mensis aprilis in castro bagiaci et aula bassa dicti castri presentibus nobilibus et prudentibus

viris dominis francisco de longacomba jacobo marescalci et bartholomeo de chignino militibus cum pluribus aliis fide dignis testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis per presens publicum instrumentum cunctis appareat euidenter quod in presencia nostrorum notariorum publ. infrascrip. et testium predictorum constitutus personaliter propter ea que sequuntur illustri et magnifico principe et domino domino amedeo comite sabaudie ex una parte et magnifico viro domino philippo de sabaudia nato illustri domini jacobi de sabaudia principis achaye ex altera ipse dominus philippus de jubsu licencia et auctoritate sicut asserit genitoris sui predicti ex certa eius sciencia non vi dolove metu ad hoc inductus nec ab aliquo sicut asserit circumuentus sed animo deliberato motus sicut asserit pluribus justis titulis rationibus et causis pro se et suis heredibus et successoribus quibuscumque confessus fuit et tanquam in judicio publice recognouit se esse et esse velle et debere esse hominem ligium et fidelem dicti domini comitis et suorum heredum et successorum quorumcumque fecitque et prestitit eidem domino comiti presenti et recipienti et stipulanti homagium et fidelitatem ligium et ligiam pre ceteris hominibus huius mundi manibus ipsius dom. philippi inter manus dicti domini comitis positis et obsculo pacis interueniente ut est moris promisitque quod idem dominus philippus dicto domino comiti stipulanti et recipienti per juramentum suum ad sancta dei euangelia corporaliter prestitum et sub expressa ypoteca et obligatione omnium bonorum suorum dicto dom. comiti et successoribus suis fidelis et legalis existere dicti domini comitis statum et honorem in omnibus conseruare utilia procurare et inutilia possethenus euitare eidem dom. comiti et successoribus suis fideliter deseruire facereque et prestare omnia et singula que homo fidelis et legalis vassallus facere et prestare tenetur suo domino naturali et que in fidelitatis forma noua et veteri continentur. Preterea ipse domin. philippus volens gestis dicti genitoris sui velud

asserit inherere ex certa eius scientia de juribus et factis suis ad plenum ut dicit certificatus et instructus pro se et suis heredibus et successoribus quibuscumque laudat ratificat approbat emologat et confirmat omnes uniuersas et singulas conuentiones et pacta quecumque sint inter dictos dom. comitem et dom. jacobum principem eius patrem de quibus conuentionibus et pactis per alterum ex secretariis dicti domini comitis seu alium uel alios publicos notarios instrumenta publica sunt recepta ipsasque conuentiones et pacta promisit dictus dominus philippus per juramentum suum ut supra attendere complere ac firmiter et inuiolabiliter obseruare integre et perfecte sicut et quemadmodum in dictis instrumentis conuentionum continetur et contra non facere quomodolibet uel venire. Renuncians etc.

Et ego johannes rauaisi clericus auctoritate imperiali et dicti domini comitis publicus notarius predictis omnibus et singulis dum sic fierent et agerentur presens fui et de ipsis conficere publicum instrumentum rogatus fui ideoque predicta omnia manu propria scripsi hic me subscripsi et signum meum solitum huic instrumento publico apposui in robur et testimonium omnium et singulorum predictorum.

N. XXIX.

Protestazione del principe Giacomo d'Acaia contro Filippo suo figliuol primogenito.
1367. 25. *aprile.*

Anno domini M. CCC. LXVII. indictione quinta die XXV. mensis aprilis in castro papie presentibus bonifacio malabayle de ast johanne de solario de ast condomino morete simonino filio domini jorcini de brayda de alba et fratre petro capra de montechalerio monacho monasterii sancti

mauri taurinensis diocesis testibus ad infrascripta vocatis et rogatis in quorum et mei notarii infrascripti presencia illustris et magnificus dominus dominus jacobus de sabaudia princeps achaye dixit et protestatus fuit quod quia illustris dominus philippus de sabaudia eius natus fuit et est erga ipsum dominum principem ingratus et immeritus ab omni volunptate ipsius domini principis multas ingratitudines demerita et offensiones inferendo et delinquendo atrociter hoc instanti anno contra volunptatem ipsius dom. principis et eundem incendia predationes roberias homicidia et alia multa maleficia gueras et offensiones contra et supra terras baroniam uel et jura homines subditos et vassallos ipsius domini principis tam per se ipsum dom. philippum quam eius complices et sequaces per vim et aliis modis illicitis perperam inferendo comitendo perpetrando depopulando et deuastando in non modicum damnum et jacturam predicti domini principis honorisque et status eiusdem prout idem dominus princeps decebat et asseruit ibidem predicta omnia et singula fore vera non intendit nec vult aliqualiter parcere uel remitere tacite uel expresse uel quod remissum esse intelligatur dicto domino philippo per aliquam pacem concordiam uel amorem actum contractum uel reconciliationem seu alio quouis modo deinceps faciendas uel perpetuo habendas et inhiendas inter ipsos dominos principem et philippum quocumque modo forma uel ingenio dictas iniurias inimicitias delicta homicidia predationes incendia maleficia danna illata actiones et jura competentia et competitura eidem domino principi et suis perpetuo heredibus et successoribus aduersum ipsum dominum philippum occaxionibus predictis et aliis quibuscumque protestans etiam idem dom. princeps quod sibi et suis heredibus predictis semper saluum sit omne jus et facultas exigendi et consequendi restitutionem dannorum et iniuriarum predictarum ab ipso domino philippo et eum puniendi occaxionibus antedictis suis loco et tempore non obstantibus dictis pace

concordia reconcilatione acta contractaque uel aliquo eorum esto quod fieri contingerent inter eos item dicit et protestatur idem domin. princeps pro se et suis heredibus predictis quod omnes et singulas protestationes predictas vult haberi pro reppetitis et intendit in quocumque actu reconciliamento concordia et pace et in quocumque dicto et facto de cetero perpetuo faciendis dicendis inhiendis inter ipsos d. principem et philippum quocumque modo uel colore et ab eis protestationibus uel aliqua earum asserit se nullo tempore velle recedere et si ullo tempore contrarium faceret tacite uel expresse protestatur ex nunc ipse dominus princeps quod illud tale contrarium mente non agitat uel agitabit. Item etiam si de cetero contingat ipsum dominum principem remitere pacisci transigere uel arbitria seu arbitramenta confirmare cuiuscumque persone cuiuscumque status existat dicto domino philippo iniurias actiones jura restitutiones et super eis et super inuaxionibus depopulationibus maleficiis malefactis et maledictis et aliis quibuscumque ingratitudinibus siue verbo siue facto quod ex nunc prout ex tunc intendit predicta facere et aliter non facturus si et in quantum de cetero dictus dominus philippus fuerit obediens jussionibus preceptis et volunptati dicti sui genitoris domini principis et ipsius dom. principis omnem volunptatem obseruauerit in omni casu et stiterit talis qualis et prout debet esse et facere bonus filius suo genitori et si etiam eidem domino principi et suis quibuscumque successoribus idem dom. philippus stiterit et fuerit perpetuo hobediens bonus et legalis. Et si contingat quod deus aduertat dictum dominum philippum in aliquo de premissis contrafacere uel venire verbo uel facto per se uel alium quod predicta remissio pactio transactio actus ratificatio arbitramentorum nullius sit valoris uel momenti et licet scriptura dictarum remissionum actus et confirmationis contineret verba ordinata ad remitendum transigendum paciscendum confirmandum super predictis uel aliquod predictorum

ex nunc prout ex tunc protestatur quod mente hoc non agitat. Immo ex nunc prout ex tunc vult inteligi mentem esse circumscriptam et abstractam a dictis verbis continentibus predicta uel aliquod predictorum. De quibus dictus dominus princeps precepit mihi thome urselli notario infrascripto fieri publicum instrumentum dictandum consilio sapientum. Actum ut supra.

Et ego thomas urselli de peruxia publicus imperiali auctoritate notarius hiis omnibus pressens vocatus interfui et hanc cartam rogatus scribere publice scripsi et signo mei tabellionatus officii consueto signaui.

DOCUMENTI
DEL LIBRO TERZO

DOCUMENTI

N. I.

Convenzione tra Margarita di Beaujeu principessa d'Acaia, e Filippo d'Acaia.
1367. 28. *giugno.*

In xpi nomine amen ad infrascripta pacta et conuentiones peruenerunt diuina fauente gratia illustris domina margarita de bello jocho principissa aministratrix et amministratorio nomine et tamquam omni micta persona filiorum suorum dominor. amedei et ludouici de sabaudia filiorum illustris quondam bone memorie domini jacobi de sabaudia achaye principis pro parte una et illustris dominus philippus de sabaudia natus prefati domini principis fraterque dictorum amedei et ludouici ex altera in presencia egregiorum virorum dom. bocardi de chastiglione et bertolino de cigygno militi consiliariorum et comissariorum in hac parte illustris domine sabaudie comitisse ad infrascripta pacta et conuentiones nomine prefate domine comitisse aprobancium et retificantium.

In primis quidem ad inuicem conuenerunt dicte partes modo premisso quod prefata domina principissa nomine prefatorum filiorum suorum presentialiter habeat et habere debeat castrum et villam caburri castrum et villam cabballari maioris cum omnibus juribus et pertinenciis mero et misto imperio ac omnimoda jurisdictione hominibus homagiis et fidelitatibus ac emolumentis et aliis quibuscumque ad ipsa castra et villas pertinentibus modo quocumque cum promissionibus obligationibus et reseruationibus factis

quondam per dominum principem supradictum domino comiti supradicto.

Item quod prefatus dominus philippus modo predicto et cum omnibus et singulis juribus et aliis quibuscumque superius in precedenti capitulo comprehensis habeat et habere debeat de presenti castrum et villam fossani item castrum et villam vigoni.

Item quod prefata domina principissa et prefatus dom. philippus predicta castra et villas modo predicto teneant et possideant cum omnibus supradictis usque ad aduentum illustris domini nostri domini comitis sabaudie quo vento diuina gratia si tunc contigerit aliquod dictorum castrorum et villarum asignatorum et asignatarum prefate dom. principisse vigore testamenti prefati domini principis expectare et pertinere ad prefatum dom. philippum quod eo casu prefata domina principissa teneatur et debeat sub fide corporis ipsius et sub obligatione omnium bonorum suorum et dictorum filiorum suorum sub fide juramenti sui dicta castra et villas cum homagiis et fidelitatibus ponere in manibus prefati domini comitis in octo dies post requisitionem inde factam per dictum comitem secundum quam dominus comes tunc ex eis faciat id quod de jure inter dictos fratres fuerit rationabiliter faciendum.

Et eodem modo si contigerit vigore testamenti prefati domini principis dicta castra et villas assignatas et assignata prefato domino philippo seu aliquod ipsorum pertinere seu expectare ad predictos eius fratres seu alteri ipsorum quod idem dominus philippus vento prefato domino comiti teneatur et debeat sub fide corporis sui eius propris juramenti sub obligatione omnium suorum bonorum specialiter omnium bonorum ad eum pertinencium tam ex successione materna quam ex debito jure nature sibi debita in bonis paternis seu aliorum ad eum expectantium ocaxione emancipationis donationis testamenti seu quomodocumque ad eum pertinencium ipsa castra et villas homagia et fideli-

tates seu alterum ipsorum ponere in manibus prefati dom. comitis intra dictos octo dies post requisitionem inde factam per prefatum dominum comitem qui dictus dominus comes tunc et eo casu ex eis faciet inter dictos fratres quod fuerit rationis.

Item quod prefatus dom. philippus non possit nec valeat sub obligationibus tam realibus quam personalibus supradictis facere aliquam nouitatem in aliis terris quam supradictis prefati domini principis quondam videlicet capiendo seu capi faciendo aliquod castrum seu villam prefati dom. principis quondam usque ad auentum domini comitis supradicti nisi de licentia prefate domine comitisse et si contrafaceret quod omnia eius bona essent deuoluta ad dominum comitem supradictum.

Item et eodem modo prefata dom. principissa sub penis et obligationibus supradictis non possit nec valeat aliquam nouitatem facere in aliquibus aliis castris seu villis prefati domini principis quondam.

Item quod predicta duo capitula proxime precedentia locum habeant in feudis et retrofeudis quondam prefati domini principis et ipsa duo capitula non habeant in dictis castris et villis assignatis prefate dom. principisse et dicto domino philippo.

Item quod fides corporis non preiudicet juramento nec obbligationi omnium bonorum nec e conuerso.

Protestando prefata domina principissa nominibus supradictis et dictus domin. philippus ante predicta in predictis et post quod propter predicta uel aliquod predictorum nullum preiudicium conuerteretur quominus si sua putauerunt interesse possit agere et obtinere contra testamentum dom. principis supradicti et uti tempore competenti omnibus juribus eorundemque partibus antedictis illessa seruentur non obstantibus supradictis.

Predicta omnia locum habeant nisi predicta procederent de comuni consensu et concordia prefate dom. principisse

et dicti dom. philippi in quibus omnibus de comuni ipsorum concordia et consensu possint dispensari et prouideri non obstantibus supradictis.

Predicta dictus dominus philippus solempniter stipulauit promissit mihi infrascripto notario recipienti nomine et vice omnium quorum interesse posset ac ad sancta dei euangelia tactis scripturis corporaliter jurauit data fide corporis sui in manibus dicti dom. bocardi predicta omnia et singula vera esse et ea attendere et obseruare sub penis obligationibus et promissionibus supradictis.

Acta fuerunt predicta in pinayrolio in domo aymoneti sauciai presentibus dom. lucha de phariseis dom. rane et pluribus aliis testibus vocatis et rogatis anno domini millesimo tercentesimo sexagesimo septimo indictione quinta die XXVIII. junii.

N. II.

Filippo d'Acaia promette al conte di Savoia di recarsi in Ciamberì.
1367. 3. *dicembre.*

Nos philippus de sabaudia princeps achaye notum facimus uniuersis et singulis presentes literas inspecturis quod cum illustris et serenissimus princeps et dominus dominus amedeus comes sabaudie dominus noster carissimus nobis ordinauerit et assignauerit quod apud chamberiacum die crastina festi proximi circumcisionis domini personaliter veniamus audituri declarationem et ordinacionem fiendam per ipsum dominum nostrum carissimum inde et super hereditate et bonis omnibus que quondam fuerunt inclite recordationis domini jacobi de sabaudia principis achaye patris nostri carissimi nosque tam super hiis quam super omnibus

aliis mandatis ipsis domini nostri comitis volentes cum effectu totis viribus obedire promittimus bona fide per presentes prefato dom. nostro comiti quod apud chamberiacum dicta crastina die circumcisionis domini absque difficultate qualibet personaliter erimus audituri ordinationem et declarationem fiendam per prefatum dominum nostrum comitem super bonis et hereditate predictis dicta die nisi feriata fuerit aliter die sequenti non feriata. Quam ordinationem per ipsum dominum nostrum comitem fiendam inuiolabiliter promitimus obseruare in quantum rectenta copia de predictis per me anthonium galletum cancellarium predicti domini principis in cuius rei testimonium nos philippus princeps supradictus presentes fieri jubsimus et nostri sigilli impressione muniri. Datum vigoni die tercio mensis decembris milesimo CCC. LXVII. indictione quinta.

Col sigillo fisso di cera rossa.

N. III.

Lettera del monaco de Hecz al conte Amedeo di Savoia.
1368. 20. *giugno.*

Illustri domino domino amedeo comiti sabaudie
domino reuerendo

Illustris domine carissime. Recomendatas premissas recepi literas vestras michi et sociis meis vestri parte destinatas quibus pro parte mei et sociorum sic duco respondendum quod ego et socii credimus et tottaliter certi sumus quod illustris dom. philipus de sabaudia princeps achaye consanguineus vester bonus et legalis existit et seruimus bono et legali domino nec ullam credulitatem habemus de contraria opinione et dispositi sumus ego et socii usque ad mortem

pro ipso soluendam secundum promissa eidem seruire totum illud tempus quo eidem domino principi promixi et usque nunc non habeo causam conquerendi de ipso cum sic sit quod michi et sociis integre et perfecte soluerit et promissa obseruauerit speramus ego et socii quod sic faciet infucturum transato autem termino quo strictus sum ad seruiendum eidem seruiciis vestris libencius quam alterius domini superessem cum certus sum quod erga me taliter faceretis quod merito essem contentus. Dat. vigoni die vigesima junii.

Vester monachus de hecz.

N. IV.

Ordine di Filippo d'Acaia al comune di Cavallermaggiore di prestargli il giuramento di fedeltà.
1368. 24. *giugno.*

Nos phylippus de sabaudia princeps achaye dilectis fidelibus nostris sapientibus consilio et comunitati cabalarii maioris salutem et dilectionem sinceram. Cum juxta tenorem testamenti condicti per illustrem quondam genitorem nostrum recordationis felicis locus predictus jure institutionis nobis fuerit relictus ut in apertione dicti testamenti facta per illustrem comitem sabaudie ambaxatores vestri videre et audire potuerunt aliter eciam interrogare poterit ambaxatores aliorum locorum. Idcirco vos et vestrum quemlibet monemus et citamus quatenus in terciam diem post presentationem presentium vobis factam uel in terra loci predicti coram nobis legitime compareat personaliter in foxano uel per ydoneos syndicos et procuratores nobis recognitium fidelitatem ad quam nobis tenemini tam vinculo juramenti diu per vos nobis prestiti quam vigore testamenti jam dicti quem terminum vobis unum pro tribus et perhemptorie

assignamus aliter eciam elapso dicto termino quem vos procedemus justicia mediante registratu quoque presentibus ad cautella de quarum presentatione earum lactori nostro cum juramento dabimus plenam fidem. Datum foxani die XXIV. junii MCCCLXVIII.

N. V.

Lettera del conte di Savoia al monaco de Hecz.
1368. 27. *giugno.*

Amey contes de sauoie moynes de hecz.

Nous auons receu une litre de ta part en la quelle tu nous as escript que tu et tes compagnons estes du tout certayns que mossieur philippe a cuy vos seruez est bons et loyauz de la quelle chouse tu menz. Se te fuisons a sauoyr que nous auons apelle le dit mossieur philippe de troison par deuant mossieur le duc de clarence le quel mossieur philippe ne sen est osez deuffendre et porce nous et nostre fiances sumes euz licenciez pour cognissance du dit mossieur le duc et non obstent ce se il encour sen osoit deffendre sumes nous prest de li mantenir par deuant nostre lige seignieur l'empereur. Et se tu ne aucons de tes compaignons que tu dis qui sont certayns qui est bons et leauz volez auoique ly deffendre sa querele nous meterons en la dite court encontre toy et tes compagnons a tant de si bons ou mellieurs que tu ne il ne sont pour la nostre mantenir et nostre honour entieremant garder.

Donne a pinayrol le XXVII. iour de iuynet l'an de grace mil CCCLXVIII.

Pour mossieur de sauoye presenz le seignours mossieur ayme de sauoye mossieur guillaume de grandzon le seigneur

durtieres le seigneur de varambon joan de grolea ciran destres chancellier mossieur gaspt francoix de longacombe estienne de la balme rolleroge guillaume de reuorea hugues de la flechiere piere de mures et bertholomy de chiquino.

N. VI.

Lettera del monaco Hecz al conte di Savoia.
1368. 28. *giugno.*

Illustris domine. Recepi quasdam literas vestras parte michi et sociis directas die heri continentes sicuti ego et socii vobis scripsimus quod illustris dominus philippus de sabaudia princeps achaye dominus noster est bonus et legalis et quod bono et legali domino seruimus cuius rei causa ego et socii mentimur ut scripsistis ad quarum significata vobis quantum ad presens sit duxi respondendum quod dictas literas vestras de presenti transmitam prefacto domino meo et quam pluribus ex sociis meis qui ad presens non sunt in vigono quibus placebit ut spero transmisio dictarum literarum vestrarum cum sic sit quod mi et sociis mecum existentibus multum placuerit quod scripsistis in casu quo velitis acceptare quod scripsistis in loco competenti scientes quod infra tempus paruissimum ego et omnes socii mei vobis taliter literis vestris dabimus responsum quod honor meus et sociorum ubique seruabitur locorum. Rogantes vos quatenus velitis michi tramitere saluum conductum pro uno nuncio qui responsionem meam et sociorum vobis apportabit.

Dat. vigoni die vigesima octaua junii.

Monachus de hecz.

N. VII.

Lettera del conte di Savoia al monaco Hecz.
1368. 28. *giugno.*

Amedeus comes sabaudie monacho de hecz seruienti domino philippo in vigono. Visis tuis literis quas nobis misisti inter cetera continentibus quod tibi mittamus unum saluum conductum pro uno nuncio qui responsionem tuam et tuorum sociorum nobis apportabit quam intenditis facere infra tempus paruissimum ad quasdam literas nostras die externa per nos tibi misas tibi taliter respondemus quod nos illi quem ad nos mittere volueris pro dicta responsione tua et tuorum sociorum nobis aportanda saluum conductum concedimus per presentes hinc ad diem sabbati proximi per totam diem et quod terminum ampliorem pro dicta responcione nobis mittenda tibi dabimus si indigeas et a nobis duxeris requirendum. Et propter hoc tenore presentis mandamus omnibus et singulis castellanis et aliis officiariis nostris ac omnibus aliis nostris officiariis et subdictis nec non officiario et subdictis quibuscumque amedei principis achaye cuius tutelam gerimus quatenus nuncium tuum quem ad nos duxeris transmittendum pro dicta responcione nobis apportanda saluum et securum teneant et ipsum salue et secure ire et reddire permittant per terram nostram et dicti principis per tempus superius limitatum.

Dat. in pinayrolio die vigesima octaua mensis junii anno domini MCCCLXVIII.

Per dominum presentibus dominis guillielmo de grandissono joanne de grolea anthonio domino urteriarum girardo destres francisco de longacomba guillielmo de rauorea petro de muris stephano de balma rodulpho lo roio et bartholomeo de chiquino.

N. VIII.

Lettera del conte di Savoia a Filippo d'Acaia.
1368. 2. *luglio.*

Le conte de sauoie

Mossieur philippe nous auons receu une lettre la quelle vous et le moyne de hecz capitaine et ses compaignons nous auez transmis en la quelle entre les autres choses se contient que ce que nous auons escript au dit moyne que vous ne vous estiez osez deffendre de la trahison de la quelle nous vous auions appelle pardeuant mossieur le duc de clarence n'est pas vrai et qu'en cas que nous vous voudrions absolure du sayrement et de la feance et deliurer vous le feu que voustre pere tenoit de nous es parties de piemont et celi mettre en votres mayns puissance et baillie ensi comme a leayne fil de votre pere et ensi comme cera en arrieres est acoustume. Vous vous offres appareilliez de defendre du dit appel en la court de mossieur lemparaour accompagnes jusques au nombre de cent a cheual en contre nous et a tant de notres et que en telle part nous ne auons parle veritable ne y qui ne autre part ou celle chose voudrions dire et en cas ou nous ne voudrions ensi comme nous deuons et sommes tenu acomplir les choses desu predit ni en moins parce quil ne soit semblans que vous aiez male et non juste querelle estans les choses elles sont eant procedi de notre part vous etes contens au nombre de cinquante compagnons de vous defendre et debattailler en contre nous et a tant de notres en lieu comunal dedans la baronie la quelle nous tenons occupe qui fust de votre pere et la quelle auons comme layne appartient et doit apartenir en deffandans que nous auons fait et faisons ou contre vous de la dite baronie ce que nous

ne deuons et que vous estes loyeau a les quelles choses nous vous mandons que vous estes et choses notoyre que vous ne vous osastes deffendre pardeuant mossieur le duc de clarence de la trayson de la quelle nous vous appellames en voir disans pardeuant le dit mossieur le duc et du contraire vous mantez et ou cas que vous vous en oseriez deffendre en la court de notre seigneur l'emperaour a la compagnie que vous auez escript en votre dite lettre nous vous offrons de deliurer pleinement et librement tout ce qui vous doit apartenir de l'eritage et la baronie votre pere a la cognoissance de notre dit seigneur l'emperaour et de vous obsoulure et quiter durant ceste querelle du sayrement et de la feaute es queux vous nous estes escriui et ou cas ou parmi ceste porferte vous ne vous oseries deffendre en la dite court de notre seigneur lemperaour nous acceptons simplement ouuertement la battallie dedans la baronie qui fust de votre pere ou lieu comunel au nombre de cinquante de chascune par pour les querelles contenues en vos dites lettres quar de ce que vous dites que nous auons fait et faysons de la dite baronie ce que nous ne deuons vous mantez et si vous etes nier loyeaux sur les queux choses et porfertes eslosiez celle qui plus vous playra et nous certifions briefement de votre volonte. Et a toy moyne et a tes compagnons qui en la dite lettre sont subscripts respondans et faysans a sauoir que ensi come tu pues veoir par la tenour de ceste lettre nous acceptons la battaillie en contre le dit mossieur philippe par les causes et manieres asendit et l'offerte que tu fais en la dite lettre de toy combattre avec li cinquante compagnons et en lieu competant en la dite baronie contre nous et a tant de nostres nous acceptons volontiers et redisons que ce que nous auons escript du dit mossieur philippe est vrai et du contraire tu mente et les compagnions qui le disent. Escript a pinayrol le secon jour de juillet.

N. IX.

Lettera del conte di Savoia a Filippo d'Acaia.
1368. 11. *agosto.*

Amey conte de sauoie. A monsieur phelipe fils jadis mon sieur juaque de sauoie prince de la moree nous auons receu vous lettres donnees a vigon le X. jour d'aoust en le queles entre les autres choses se contient que tant pour les choses contenues en votre letre cominatoire la quele vous afermez a vous estre tramise par mons. g. de la quele vous nous transmetez exemple anclos en votre dicte letre tant pour auccner paroles a vous reportees de par celui mons. g. par mons. jeh. m. madeucis et le cler de lomaz de quelle letre decrets de celi mons. g. par le quele il vous mande que si vous yssis vigon ne autre lieu ou vous soiez ou jour de la bataille pour vous venir conbatre en contre nous. Vous vous teignez pour defiez deli et qu'il sera sur le champ au jour de la bataille a tot son effort encontre vous. Merauilleuz vos dontes choses vennes vous reputes tres perillieuse choses de vous combatre nous contre leffors et le poissance de celi mons. g. si nestes mie dispose de le faire mais au cas que nous vous voudrions faire sauer ydoneement que le dit m. g. nous fera ce que il vous a mande et que nauons visius vuillent fere ce meure que m. g. non etendra sa poyssance en contre vous ne votres compagnons vous nous donnes entendre clerement que vous intreres le champ de la bataille don vous ne partires jusques il sera jugie per ceux qu'il jugier le deuront a le queux choses nous vous repondons que a bonne cause nous nous meriuillons don ces choses sunt venues en ratifienz l'arest de la place fait entre nos gens et les votres en votre letre contenue nous volons et tenies apparelies et contens de venir et estrer en la dicte place au jour entre nous areste ensemble nostres XLIX. com-

pagnons et les cheualiers que nous metrons de autre part pour igalement gouerner garder et juger le camp de la bataille et ensemble hommes conuenens et sofisans a cele chose complir. Et si inuerons auec nous sofisans ostages pour vous doner a la cognisance de dues cheualiers quit le champ de la bataille jugeront et outre ce nous vous promettons pour vostre sourant et sus la fay de notre corps que a tot nostre poeui nous ferons garder et defendre le champ de la bataille en contre checons qui le vo vaudroit deueer afin que le dit mons. galeaz ne autre ne puisse acomplir ce vous dites qu'il vous a mande et en cele meme place nous refrecherons cete meme notre promesse et en cas ou permi ce vous ne nous tendriez pas assaures nous vous offrons que si vous voliez venir en chastel ou la ville de pinairol nous vous darons estages de seurte sofisans a la cognisance et ordonance de dues chiualiers qui le camp de la bataille jugeront et outre ce ferons fere es homes de pinairol le secrement que vous aues autre foyes requeru qu'il feisent einsi come autre fois vous autereinies et se ce ne vous plait de faire encore pour vous asseurer entierement nous vous offrons dentrer ou jour arete nous l. dedant le chastel ou la ville de vigon ou de fossans par telle maniere que autant de gens qu'il ira de votres autre le numbre de l. le quel la deuront combatre quil doient entre de vostres li quel prometront enssemble le votres de garder et defendre a lour pouir le chastel ou la ville ou il feront en contre chestcn qui la bataille vodrait detorber et de non faire chose par quex la bataille ne se face ensi quant faire se doit et saivoir resterez vous briesmant ce que veus en plaine de faire. Donne a riuol le XI. jour d'aoust l'an de grace MCCCLXVIII. pour mons. jeanh rauais.

N. X.

Convenzione tra Amedeo conte di Savoia e Filippo d'Acaia.
1368. 21. *agosto.*

In nomine domini nostri jhu xpi amen. Anno natiuitatis eiusdem millesimo CCC. sexagesimo octauo indicione sexta die vicesima prima augusti in sauilliano et domo joffredi taparelli burgensis dicti loci et aula superiori dicte domus in qua illustris et magnificus princeps et dominus dominus amedeus comes sabaudie suum tinellum tenere consueuit presentibus viris nobilibus et potentibus dominis anthonio domino belli joci guillelmo de grandissono dom. de sancta cruce humberto bastardo de sabaudia domino alti villarii et moletarum aymone de chalant domino fenicii et ameuille girardo destres domino de bannes cancellario sabaudie ogerio bastardo de sabaudia guillelmo de chalamons militibus johanne barberii monacho lenieci et emerico de letaualle canonico augustensi cappellanis commensalibus dicti domini comitis testibus ad infrascripta vocatis specialiter et rogatis circa horam prime postquam in aula predicta prenominato domino comiti predictis testibus presentibus missa fuit celebrata presente ibidem eciam magnifico viro domino philippo de sabaudia milite nato felicis recordationis dom. jacobi de sabaudia principis achaye quondam ante altare super quo missa extiterat celebrata adhuc corpore sacratissimo domini nostri jhu xpi super altari huiusmodi existente per presens publicum instrumentum cunctis appareat euidenter quod in presentia mei notarii publici infrascripti et testium predictorum constitutis personaliter propter ea que sequuntur prefato domino amedeo comite sabaudie habito super omnibus uniuersis et singulis longo consilio et deliberatione maturis ex una parte et prenominato domino

philippo de sabaudia ex alia ipse dominus amedeus comes sabaudie pro se et suis heredibus et successoribus uniuersis utriusque sexus et ipse domin. philippus suo nomine proprio tractatu virorum nobilium domin. johannis de grolea domini neyriaci petri de muris legum doctoris militum et petri gerbaisii domicelli domini castri rubei fecerunt inhierunt arrestauerunt et concordauerunt tractatus conuentiones et pacta inter se una simul ad inuicem mutuis consensibus interne mentibus hinc inde ministerio mei dicti notarii stipulantis et recipientis vice nomine et ad opus omnium et singulorum quorum interest et interesse poterit in futurum que et prout inferius declarantur. In primis arrestatum concordatum inhitum et conuentum est inter partes predictas ex certa earum scientia non vi dolo uel metu ad hoc inducte nec ab aliquo sicut asserunt circumuente sed de juris et factis suis ad plenum certificate et instructe quod dictus dominus philippus juret et jurare debeat et teneatur super eodem sacratissimo corpore jeshu xpi et sub ypotheca omnium bonorum suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum promittet quod ipse dominus philippus inuiolabililer seruabit et attendet pronunciatum que de jure fiet per duos de consilio dicti domini comitis in et super partagio et jure partagii hereditatis illustris domini jacobi de sabaudia principis achaie quondam auditis juribus suis et predictorum amedei et ludouici fratrum et aliorum quorum intererit. Item quod sub eodem sacrosancto corpore jeshu xpi jurabit et promittet dictus dom. philippus quod interim non dicet faciet seu procurabit per se uel alium aliquid in preiudicium dicti dom. comitis seu fratrum suorum predictorum seu terre uel subditorum suorum. Item quod facta pronunciacione predicta siquidem castra et ville fossani et vigoni et cetera que nunc tenet dictus dominus philippus uel eorum aliquid per predictam pronunciacionem veniant extra suum partagium et jus quod illa uel illud restituere debeat dictus dominus philippus in manibus sepe

dicti domini comitis uel alterius eius nomine cum sibi fiet expeditio eorum que secundum pronunciationem predictorum in eius partagium deuenirent si autem veniant in eius partagium possit ipse dom. philippus et sibi liceat ea sibi retinere sub onere homagii et fidelitatis infrascriptorum. Item quod de omnibus et singulis que in dicti dom. philippi partagium et jus venient per pronunciacionem juridicam supradictam dictus dominus philipus faciat et facere teneatur fidelitatem et homagium sub modo et forma quibus eidem domino comiti fecit dictus domin. jacobus eius pater et faciet fieri eidem domino comiti tales promissiones et submissiones per homines et officiarios illius partis quales fuerunt homines tocius terre dicti dom. principis quondam eius patris cum eidem fiet expeditio uel dimissio dicte sue partis. Item quod dictus dominus comes promittat et juret sub bona fide sua facere fieri pronunciacionem juridicam predictam per dictos duos de suo consilio super partagio et jure supradicto hinc ad diem decimamquintam inclusiue mensis septembris auditis ut premittitur juribus cuiuslibet partis pariter et productis quidquid omnia et singula que juxta pronunciacionem juridicam predictam deuenient eidem dom. philipo sibi tradi et expediri faciet infra triduum post pronunciationem inde faciendam ut supra et eodem modo dictus dominus philipus reddere et restituere debeat integre et personaliter dicto dom. comiti ea si que pro nunc teneat que in eius partagio per pronunciacionem juridicam ut supra non cadent quamquam ipse dom. comes montecenesio non transibit nec in sabaudia ibit quo usque pronunciacionem predictam et partagium factum fuerit pariter et completum. Item quod dicti duo de consilio dicti domini comitis qui pro predictis pronunciandis sicut predicitur eligentur promittent per juramenta sua ad sancta dei euangelia corporaliter prestita quod dictam pronunciacionem facient infra dictam decimam quintam diem inclusiue mensis septembris secundum quod de jure eis videbitur faciendum.

Item quod dictus dom. comes sepe dictum dom. philipum defendere et manutenere debeat tanquam eius vassallum ligium et dictus dominus philipus debeat sibi seruire tanquam domino suo ligio et etiam naturali. Item quod dictus dominus philipus nec aliquid de terra quam tenet nec qui habitet in eadem valitorum que uel sequacium suorum aliquam offensionem iniuriam uel dampnum dare seu impendere uel procurare debeat per se uel per alium quoquomodo dicto domino comiti seu fratrum suorum terris uel subditis eorum in personis uel bonis facto verbo auxilio uel consensu quoquomodo nec offendentes quolibet receptare durante tempore supradicto. Item quod predictis mediantibus dictus dominus comes remittet eidem domino philipo omnem malenconiam et rancorem quas dictus dom. comes habet et habuit contra dictum dominum philipum usque ad diem presentem tam contra personam ipsius quam contra hereditatem et bona ipsius quoquomodo omnem commissionem et acheitam si quas ab eo petere posset usque ad diem presentem remittens omnesque literas quas racione dictarum offensionum dictus dominus comes habet aduersus dictum domin. philipum seu factarum per dictum dom. philipum cassat et irritat per presentes. Que omnia uniuersa et singula supradicta dicte partes et utraque ipsarum quantum ad utramque ipsarum concernit promiserunt et jurauerunt videlicet dictus domin. philipus exibito et presente corpore sacratissimo domini nostri jeshu xpi super eo et euangelia dei sancta corporaliter manu tacta et idem dominus comes bona fide sua rata grata firma et irreuocabilia habere perpetuo et tenere.

Et ego johannes rauaisy clericus auctoritate imperiali et dicti domini nostri sabaudie comitis publicus notarius juratus presens instrumentum publicum rogatus recepi hic me subscripsi et signum meum consuetum apposui in robur et testimonium omnium et singulorum premissorum.

N. XI.

Supplica di Margarita principessa d'Acaia al conte di Savoia contro Filippo d'Acaia.
1368. *in settembre.*

Vobis illustri principi domino suo precipuo
domino comiti sabaudie.

Excellentie vestre conquerendo significat margarita de bello joco relicta inclite recordationis d. jacobi de sabaudia principis achaye condam suo amedei et ludouici de sabaudia pupillorum comunium supplicantis et dicti principis condam. Quod prefato domino principe viro suo mortuo cuius heres est institutus uniuersalis ex asse dictus amedeus et ludouicus in certis rebus ex testamento dicti domini principis patris eorundem ac unus alteri et ad inuicem pupillariter vulgariter et per fideicomissum substituti quod villas castra terram homines subditos et bona hereditaria et que fuerunt dicti domini principis condam ad dictos liberos comuniter uel diuisim jure hereditario patris et ex causa successionis predicte pertinent quod de vestro feudo et directo dominio et protectione manu et salua garda existentia dominus philippus de sabaudia cohadunatis turbis et congregationibus multitudine hominum armatorum comitiua sua temeritate et fororis audacia vi et potentia armata inuasit insultauit inuadi et insultari fecit illicite terram predictorum liberorum sine vestri superiore auctoritate sed sua temeritate maligno spiritu inbutus fecit et fieri procurauit deum et vos dominum suum non verendo ex quibus violentiis et inuassionibus tam per ipsum dom. philippum quam suo mandato et suo nomine ut premititur factis contra dictos liberos et bona predicta secuta et facta fuerunt homicidia incendia plagia raptas depredationes rapine latrocinia falsitates

hominum et mulierum captiuationes adulteria incestus sacrilegia membrorum hominum mutilationes et quamplurima nefandissima alia crimina. Item quod multas villas et castra de bonis predictis insultauit et assalliuit per se uel alium suo nomine ipsa nitendo et conando capere et occupare et sibi retinere auctoritate propria non petita nec expectata vestra judiciali cognitione qui sibi et liberis estis dominus superior atque judex. Item hominum nefandorum et crudelium genus societatum et sacamandorum stipendiauit et soldauit pro dictis malis faciendis qui stipendiarii sui nomine dicti domini philippi et ipso mandato ac ratum et gratum habente mala predicta fecerunt contra dictos liberos et bona predicta. Item tam predones quam predarum spoliatores et spolia predicta recetauit et reduxit apud vigonum et foxanum que loca tunc tenebat et tenet adhuc et in redemptionibus prediis et spoliis et predonibus participando partem uel totum habuit. Item cum idem dominus philippus esset homo et vassallus dicti domini principis et eidem et suis fidelitatem jurauerit et promiserit et ex forma fidelitatis et homagii abstrictus esset dicto amedeo heredi ad similem fidelitatem ad quam astrictus erat dicto domino principi cuius est heres uniuersalis ut supra quod idem philipus forma fidelitatis jurata non seruata predicta nefanda crimina contra dictum amedeum fecit et fieri mandauit ac eciam procurauit culpas et ingratitudines contra formam fidelitatis comittendo. Item cum dominus princeps quondam et dictus amedeus eius heres uniuersalis inimicitias haberent cum pluribus vicinis suis et maxime cum marchione saluciarum idem dom. philippus amicitiam cum dictis inimicis copulauit magnasque confederationes et alligantias cum domino marchione fecit et inhiit contra dictos heredes et terram eorundem. Item cum dictus dominus philippus per juramentum suum et per fidem sui corporis dicte supplicanti et notario stipulanti ad opus quorum interesset promiserit nouitatem non facere super et in terra que condam fuit

dicti dom. principis nec aliquam villam uel castrum ipsius domini principis condam capere nec intrare nisi in terris sibi per vestras gentes traditis usque ad auentum vestrum ultramare tunc existente. Item similiter cum dictus domin. philippus in regressu vestro ultramarino sub fide sui corporis promiserit per suas patentes literas nullas facere nouitates in rebus predictis donec cognouissetis de suis et de dictorum liberorum juribus et antequam declaraueritis super hereditate predicta quod idem dominus philippus dictis promissionibus pactis et fide data non obstantibus multas fecit nouitates et multa mala et illicita ut premissum est contra fidem suam et promissiones juratas veniendo et tot et tanta alia mala delicta facinora ingratitudines et inhonestates et graues iniurias fecit et comisit tam contra principem dictam supplicantem et liberos suos quod longissimum esset specifice recitari et prolissim singula scribere que suo loco et tempore se offert sigillatim declarare et prout fuerit possibile informare pro quibus delictis criminibus comissis tam coniunctis quam separatim non solum tamquam immeritis et ingratis idem dominus philipus de jure priuari debet omnibus et singulis bonis et juribus sibi competentibus et competituris in hereditate dicti condam principis et que tenet de bonis eiusdem facti etiam idem et comes et singuli sui socii cohadiutores quiue auxilium consilium et operam sibi prebuerunt in premissis comissis et dilectis et singulis eorumdem tamquam latronculi homicidiarii raptores predatores adulterii plagiarii sacrilegi et ex aliis causis in processu et inquisitione per vos fieri fiendam de premissis manifestius et clarius de bonis comissis per eosdem apparebit que omnia adeo sunt noctoria publica et manifesta in terra pedemontis quod nulla tergiuersatione cellari possunt. Et idem dominus philippus de predictis est publice diffamatus ut detineri per personam et corporaliter punire debeat et teneatur secundum legitimas sanctiones et ab hoc tenendum humano et diuino jure ut justus judex in medio

constitutus librantis non plus flectens ad destram quam ad sinistram sed vero librante unicuique jus suum tribuere quum deus propter ea imperium de celo ac principes constituit ut justitiam cuique tribuant et difficilibus que apud eum sunt imponant et ad presidem prouinciarum pertinet suas prouincias habere placatas et malis hominibus fore purgatas. Quare vestre dominationi et magnificentie supplicat dicta mater tamquam illa cuius interest suam et liberorum suorum predictorum prosequi iniuriam atque dapna vobis defferentibus licet plus debito deuilleritis qui tutor estis et talia prosequi non curastis ut tenebatis que cum reuerentia quanta potest non in vestri reprensione hoc exponit ut in omnibus et singulis premissis sibi et liberis suis ac subditis eorundem dapna passis prout cuilibet interest et interesse potest de opportuno et breui remedio dignemini prouidere inquirendo et inquiri faciendo de premissis et aliis quibuscumque criminibus et dilictis factis et comissis per dictum dom. philippum et eius sequaces contra dictam supplicantem dictos liberos terram et subditos eorundem et dictum dominum philippum et alios criminosos per personas detineri et secundum qualitates criminum prout exigerit puniri hoc faciatis taliter quod cedat ceteris in exemplum de dampnis vero datis sibi et liberis suis terris et subditis eorundem uestre placeat dominationi justiciam ministrare. Que dampna extimat salua vestra et judicantium taxatione ligitima ad quingentos mille florenos auri saluo pluri. Et ad hec omnia vestram magestatem et officium postulat et requirit sicut vidua et mater pro filiis suis pupillis et orphanis quibus tenetur de jure in eorum juribus de plano procedere et justiciam facere. Et hoc dicit et proponit prout melius potest et debet non per modum accusationis necque libelli sed simplicis suplicationis et denunciationis volendo suam et filiorum suorum iniuriam sicut sanguis et natura eam ad hoc cogit prosequi premissa vobis denunciat atque defert ut super predictis per modum inquisitionis ad ipsius

denunciationem contra dictum dominum philippum et alios suos complices malefactores procedere debeatis. Insuper vestrum officium benignum implorat et requirit cum consilium non habeat quod de consilio sibi prouideri dignemini qui in dicta causa sibi asistat et consilium prebere competens.

N. XII.

Giudicato del conte di Savoia intorno alla supplica presentatagli da Margarita principessa d'Acaia.
1368. 27. *settembre.*

Anno domini M. CCC. LXVIII. die XXVII. mensis septembris. Comparentibus in judicio coram nobis amedeo comite sabaudie nobili domina domina margarita de bello joco principissa achaye relicta felicis recordationis domini jacobi de sabaudia principis achaie fratris nostri carissimi condam nomine suo amedei et ludouici de sabaudia filiorum suorum a dicto domino principe condam susceptorum et ut illa ad quam pertinet tamquam mater dictorum filiorum suorum agente ex una parte et dom. philippo de sabaudia nepote nostro carissimo filio dicti domini principis condam ex altera. Dicta quidem domina principissa ante nostram presenciam suo et quibus supra nominibus produxit quandam supplicationem supra scriptam et proposuit contra dictum domin. philippum contenta in eadem et etiam contra alios quoscumque quos secum habet qui fuerunt complices et ipsius dom. philippi sequaces et factores malorum et maleficiorum de quibus facit ipsa suplicatio mentionem de quibus maleficiis et super quibus dicta domina principissa humiliter nobis supplicauit justitiam ministrari et dictum dominum philippum nec et alios complices suos puniri secundum suorum merita dilictorum quam quidem supplicationem

dicto domino philippo presente audiente et intelligente legi fecimus et lingua materna et intelligibili de verbo ad verbum explicari. Et ipsa supplicatione lecta et per dictum domin. philippum audita et intellecta ipse dom. philippus viua voce respondit quod ipse non tenetur respondere coram nobis ad aliqua contenta in supplicatione eadem cum a nobis se dicat habere saluum et securum conductum per nos eidem sicut dicit nouissime sibi datum per quem dicit se fore exemptum quittum et absolutum de non respondendo ad ea que continentur in supplicatione eadem neque ad aliqua alia de quibus posset ratione aliquorum maleficiorum patratorum per ipsum seu sequaces suos temporibus preteritis modo quolibet inculpari. Dicit se alium saluum conductum habere a nobis per nos apud sauillianum sibi datum et prorogatum per instrumentum manu johannis rauasii clerici nostri receptum ut asserit quem saluum conductum dicit adhuc in suo robore permanere per quem etiam non tenetur respondere ad aliqua sicut dicit coram nobis de quibus quidem saluis conductibus et instrumento dictus dom. philippus se offert facturum fidem legitimam loco et termino competentibus coram nobis. Dicta domina principissa premissis non obstantibus per dictum dominum philippum dictis semper petente et humiliter requirente de dicto domino philippo et aliis suis complicibus malefactoribus justiciam ministrari et ultra magis cum instancia quanta potuit nostrum super hoc officium implorando ut de dicto domino philippo et aliis suis complicibus nosmetipsum assegurare debeamus et ipsum dominum philippum et alios suos complices malefactores faciamus detineri et personaliter arrestari cum sit parata et se offert assegurare competenter et informare de contentis in supplicatione eadem propter quod petit ipsos detineri et arrestari taliter quod possimus facere justiciam de eisdem cum de presenti dictus dominus philippus nichil ostendat quod differre debeat arrestationem personarum dictorum domini philippi et sociorum suorum

malefactorum predictorum. Quibus auditis habito maturo consilio supradictis nos dictus comes dictis partibus assignamus ad comparendum cras que erit dies vicesima octaua presentis mensis septembris apud ripolas hora vesperorum coram nobis et ad docendum per dictum dom. philippum perhemptorie et precisse de saluis conductibus et instrumento per eum allegatis et de omnibus aliis et singulis de quibus se juuare et diffendere voluerit ad predicta et ad audiendum per ambas partes nostram ordinationem quam duxerimus ulterius faciendam volentes et etiam decernentes quod ambe partes interim arrestentur detineantur et personaliter capiantur. Ita et taliter quod si dictus dominus philippus tunc ostendat aliqua que ipsum et suos socios juuare possint et per que debeant ab arresto presenti relaxari quod ipsa hora vesperorum ab eodem arresto relaxentur aliter quod dictus dom. philippus et alii sui complices semper remaneant in arresto quousque possit de ipsis justitia ministrari et fuerit ministrata dicto johanni rauasii clerico nostro tenore presentium iniungentes quatenus dictum instrumentum quantum fuit pro dicto dom. philippo ut ipsum eidem reddat ipsius sumptibus moderatis. Datum rippolas anno et die quibus supra.

Per dominum presentibus dominis girardo destres cancellario raymondo de solerio johanne lagereti guichardo marchiandi et roberto pugni.

N. XIII.

Sentenza, in cui Filippo d'Acaia è dichiarato carcerato.
1368. 28. *settembre.*

Anno domini milesimo tercentesimo sexagesimo octauo die vigesima octava mensis septembris hora vesperorum

assignata domino philippo de sabaudia ex una parte et nobili dom. dom. marguerita de belloioco principissa achaye relicta inclite recordationis domini jacobi de sabaudia principis achaye quondam suo amedei et ludouici de sabaudia dicti dom. principis et dicte domine marguerite liberorum comunium nominibus ex altera ad comparendum coram nobis amedeo comite sabaudie et ad docendum pro parte dicti domini philippi peremptorie et precise de saluis conductibus et instrumento per eum allegatis et de omnibus et singulis de quibus se juuare et defendere vellet ut in memoriali precedenti continetur ipsa die dictis presentibus comparentibus coram nobis comite predicto proposuit dicta domina marguerita et petiit nos procedi in causa eadem contra dictum dominum philippum secundum assignationem diei presentis ipsis partibus nouissime per nos factam et in nostro precedenti memoriali hic annexo specificatur et declaratur et dictum dom. philippum iniunxerunt ad contenta in supplicatione eadem et ad articulos obitiendos exinde dicto domino philippo ex aduerso cum pluribus suis adnotatis petitis comparentibus et productam cedulam papiream ut supra continetur que est copia cuiusdam saluiconductus eidem per nos dati que copia signata est signeto nostro cum propria manu facto johannis rauaisi clerici nostri que cedula per dictum johannem rauaisi ad faciendam fidem de saluisconductibus per eum allegatis eidem domino philipo sicut adserebat fuerat expedita et quam cedulam ipse dominus philipus produxit satisfacendo assignationi diei presentis dicens quod anthonium galleti clericum suum quem miserat ad apportandos suos saluosconductus de vigono ubi dictum antonium galleti eri miserat pro predictis adhuc non venisse dicens ulterius dictum saluumconductum sibi prodessé quominus coram nobis non debeat rendere faciens per suos auocatos allegationes de jure dicta dom. principissa contrarium adserente et juris allegationes similiter per imastas . . . . . ipsius facientes supra quibus partes per nos interloqui voluerunt.

Quibus auditis visaque dicta cedula papirea et cum matura deliberatione diligenter inspecta auditisque pluribus attestationibus per ambas partes hinc et inde factis et habitis supra premissis coram nobis nos dictus comes considerantes quod dictus saluusconductus concessus extitit ut valeret solum pro his que per dictum dom. philipum comitterentur in futurum per tempus date dicti saluiconductus et durante tempore mensis huius et quod in eodem saluoconductu jura liberorum dicti domini jacobi quondam fuerunt reseruata quibus juribus que sunt tam ciuilia quam criminalia juris intellectu prejudicari non potest quodque in eodem saluoconductu in fine continetur que quedam clausula specialis continens preterita commissa per dictum domin. philipum que speciali clausula . . . . . preiudicat etiamsi intelligatur saluusconductus valere non solum pro commitendis sed etiam pro commissis pro tribunali sedente deum solum oculis prehabente nichil de contingentibus obmittentes interloquendo pronunciamus dictum dominum philipum rendere debere coram nobis tam supra supplicatis contra ipsum per dictam dominam principissam quam supra inquisitione fienda et obiicienda supra contentis in supplicatione predicta dictis partibus assignantes diem sabbati proximi ad comparendum ante tertiam coram nobis apud rippolas ad rendendum per dictum dominum philipum de et supra contentis in supplicatione eadem per dictam dominam margheritam porrecta et aliis dependentibus et emergentibus declarandis articulandis et specificandis per eandem dominam margueritam sicut sibi videbitur expedire et ulterius supra eis procedendum sicut fuerit rationis. Ceterum anthonius galleti externa die ad requisitionem dicti domini philipi missus est apud vigonum per eundem dominum philipum pro dicto saluoconductu quem se habere dicebat apportando et anthonius per nos pro suis demeritis detinebatur carceribus mancipatus occasione predicte supplicationis promisit quod sub fide sui corporis hodie se reuersurum apud rippolas ad nos dicens

quod dictus philipus externa die promisit johanni rauasii notario nostro stipulanti pro nobis sub fide sui corporis quod in casu quo supradictus anthonius galleti missus per eum apud vigonum ut supra non rediret hodie ante nonam in arrestum nostrum maneat sicut antea tenebatur idem dominus philipus suam personam ipsam arrestatam esse volebat. Ideo ex dicta causa et etiam pro eo quod criminum obiettorum qualitas hoc requirit prefatum domin. philipum precepimus arrestari.

Per dominum presentibus dominis gaspardo de montemaiori aymone bonnardi girardo destres raymondo de solerio johanne lagereti et roberto puginy.

N. XIV.

Sentenza, colla quale Filippo d'Acaia vien privato del titolo di principe.
1368. 30. *settemb.*

In nomine diuini numinis et beate marie virginis tociusque celestis culminis amen. Anno domini M. CCC. LXVIII. die sabbati postrema mensis septembris hora vesperorum assignata partibus infrascriptis videlicet bonifacio de mota auctori et auctorio nomine principis illustris et magnifici domini nostri dom. amedei sabaudie comitis tutoris amedei et ludouici fratrum pupillorum filiorum bone recordationis dom. jacobi de sabaudia principis achaye quondam ex una parte jacoboque latardi notario procuratori viri venerabilis et potentis domini philippi de sabaudia filii dicti domini jacobi quondam ex altera parte per nos reymondum de solerio militem et juris utriusque peritum ac johannem lagereti legum doctorem comissarios judices electos in hac parte per dictum dominum nostrum comitem de voluntate et consensu dicti domini philipi visis etc. Nos dicti judices pro

tribunali sedentes deum et sacrosanctas scripturas oculis prehabentes inuocato prius nomine domini nostri jhu xpi ad sententiam procedimus in hunc modum habito prius et participato consilio deliberationeque concordi cum pluribus in jure peritis.

Quoniam prefati domini philippi seu dicti sui procuratores intentionem descriptam in prima parte sue predicte petitionis in qua certas res et castra sibi data fuisse proponebat et ea jure dominii utilis uel quasi petebat non reperimus fore sufficienter probatam ideo dictum bonifacium auctorem auctorio nomine quo supra dictumque tutorem nomine dictorum pupillorum ab eadem petitione seu prima parte peticionis eiusdem absoluimus sententialiter in his scriptis.

Item quia similiter intentionem eiusdem domini seu sui procuratoris descripta in secunda parte dicte sue peticionis in qua sibi data in feudum miradolium et casale oczani per dictum quondam dominum jacobum principem proponebat et ea jure dominii utilis uel quasi petebat non inuenimus sufficienter probatam propterea dictum bonifacium auctorem et auctorio nomine quo supra ab eadem secunda parte dicte peticionis absoluimus in his scriptis.

Deinde quia terciam partem dicte peticionis prefati domini philippi terciam partem bonorum feudalium dicti domini jacobi sui patris ad eum jure dominii utilis uel quasi pertinere proponetur et expediri debere sibi per dictum auctorem nomine predicto petentis eneruatam repperimus per testamentum dicti domini jacobi quondam qui dictum amedeum eius filium instituit uniuersalem heredem in eodem testamento facto ideo dictum auctorem dicto nomine absoluimus a dicta tercia parte peticionis eiusdem et ab in eadem contentis.

Etenim quia primam petitionem dicti auctoris in qua fuerit castrum fossani ad dictum amedeum hereditario nomine dicti dom. jacobi quondam principis pertinere reppe-

rimus fore sufficienter probatam idcirco declaramus dictum amedeum esse dicti dom. jacobi sui patris uniuersalem heredem et condempnamus dictum dominum philippum licet absentem ad restitutionem et expeditionem dicti castri fossani ville et pertinenciarum eiusdem cum fructibus inde perceptis eorum extimatione nobis in posterum reseruata post hec quia visis duabus sequentibus peticionibus traditis per dictum auctorem concludentibus priuandum esse dictum dominum philippum juribus sibi competentibus in rebus in altera dictarum petitionum contentis relictis eidem domino philippo per dictum dominum quondam jacobum in ipsius testamento et eciam priuandum esse castro et villa vigoni cum eius pertinenciis ex causis in ipsis peticionibus declaratis non apparet nobis ipsum dominum philippum fuisse vassallum dicti domini jacobi quondam sui patris nec per consequens dicti amedei uniuersalis heredis pro rebus predictis in dictis peticionibus contentis non obstante dicto testamento producto per dictum auctorem in hoc judicio dictum dominum philippum a dictis duabus peticionibus et contentis in eis absoluimus sententialiter in his scriptis.

Tandem quia quartam peticionem per quam dictus auctor castrum fossani jure dominii vendicabat repperimus ex abundanti traditam in casu quo non procederet prima peticio de dicto castro facta per peticionem hereditatis que colligitur ex dicta prima peticione fuisse intentata repperimus que dictam primam peticionem processisse sicut superius est expressum ideo dictam quartam peticionem superuacuo traditam judicamus. Neutram autem dictarum partium in expensis huius jurgii certis causis nos mouentibus condemnamus postremo quum in eisdem actis inuenimus fuisse coram nobis propositum qualiter dictus dominus jacobus dum vivebat se principem nominabat et petitum fuerit a nobis quod eidem domino philippo prohiberemus et silencium imponeremus ne deinceps se achaie principem appellaret cum jus et nomen principis dicti principatus ad

dictum amedeum uniuersalem heredem dicti domini jacobi quondam pertinebat sicut in suis aliis peticionibus estitit propositum atque dictum ideo concernentes quod dictum amedeum inuenimus et declarauimus dicti domini jacobi quondam uniuersalem heredem ad quem honores et onera debent pertinere de jure prohibemus dicto domino philippo tenore presencium ne se deinceps achaie principem nominet uel appellet sibi domino philippo super hoc silentium imponentes. In quorum omnium robur et testimonium nos dicti comissarii nostra sigilla presentibus duximus apponenda. Lecta et lata fuit hec nostra sententia die et anno quibus supra.

N. XV.

Lettera del conte di Savoia al monaco Hecz ed a' suoi compagni d'armi, per averli al di lui servizio. 1369. 31. *gennaio.*

Moynes chieris amis nous vous saluons. Si sauez bien les conuenances et les promissions que vous nous auez fait par vous et par votre compagnie de non offendre nous ne les nostres et de non faire offense en nostre terre ne en la terre du prince notre neueu dont si comme vous sauez nous auons vostres lettres saellees. Si auenit que subinengier vostre compagnon les nous rompit en donens nous offense et pour quelle cause vous et il nous enuoiastes robin pour vous et ly escuser. De nous en doportames et n'en parlames plus auant croyens la dite excusation estre veraye mais maintenent de nouel en acroissant mal sus mal le dit subinengier est venus correns nostre terre et de nostre neueu le prince et robens nous chemyns et preygnens nous hommes et ce il ne peut neyer guar ses compaignons qui

estoient avoi a loure faire les gueux nous tenons pris le temoignent et confessent en verite. Et par ce chieris amis nous vous prions cherment que vous nous voillez attendre et faire attendre ce que vous nous auez promis si comme vous le deuez faire pour vostre honour garder. Et si ensi estoit que le dit subinengier ou autres de vostre compagnie ne vous voloit obeir et vous vous volissez escuser sus ce vous sauez ce que vous nous auez mande par le dit robin si y feront ce que vous en deuez faire et pansons que vous y garderoient vostre honour. Et sous ce voillez croire le dit robin de ce qu'il vous en dira de nostre part. Donnez le derier jour de januier.

Le conte de sauoie.

N. XVI.

Ordine del conte di Savoia alla città di Torino di concorrere nella formazione della fossata da Lombriasco a Moncalieri.
1369. 27. *febbraio.*

Carissimi salutatione premissa pro defensione et conseruatione tuciori terrarum et subditorum nostri et principis achaye nepotis et fidelis nostri carissimi cum multorum nostrorum partecipato consilio disposuimus a lombriasco usque ad montemcalerium facere certas bareras et fossata in quibus tam nostros quam dicti nepotis subdictos pro parte maiori ordinatum est contribuere debere de quibus vobis centum et l. trabuchi foxatorum et septuaginta trabuchi bararum imposita sunt et taxata vobis igitur sicut possumus expressius mandamus quatenus die lune proxima apud carignanum mitatis sufficientes personas pro recipiendis vestris partibus de predictis et loco ubi facere debebitis

easdem sicut dilecti fideles domini anthonius de excalengis johanodus prouana millites et petrus morelli domicelli per nos ad hec deputati uel alter ipsorum vobis ordinauerint nostri parte etc. Valete.

Datum pinayrolo die XXVII. febr. sub sigillo nostro.

N. XVII.

Lettera del cavaliere Rubins de la Tente *al conte di Savoia, intorno alla sua missione al monaco Hecz ed a' suoi compagni d'armi.*
1369. 1. *marzo.*

Tres excelens princeps toute honneur seruice et recomendacion deuant mise je vous certefi que jai au moine de hez tout pleinement dit le paroles que vous me cercastes as queules il me repondi que il deuoit au marchis de saluce quatre mille cent soixantetrois flourins et que pour honeur il ne posoit estre contre li se premeiz il ne lauoit paieit et pour chou tous jours sestoit il exeptes dont quant je vit chou jen parlay a mesire wanteir et eumes consel ensanle et afait li dis mesire wanteirs tant que jehans francois et petreu melam li ont pourmis de venir aueuc luy en no seruice auec auis croys le milleur et plus grant partie de le gent alemans ongres et lombars a ceual et a peits car al pensent estre du meins cent cinquante lances quattre vingt ongre et mille homme a peits et des le jour dehuy vueulent il estre en vo seruice se il vous plaist a faire dauys tou et en cel maniere que autrefoys a ete parle et vuelent de present toutes les gens metre ensanle heurs des forteleces du marchis et adont veulent mesires wanceirs jehans francois et petrens trarlese vers vous pour du tout conuenir aueuc vous de le fine et de tout leur fait et estre si saues cheirs

sires que argens leur fera besoing au comenceir fie ne vous deues douter tres cheirs sires que li moines demeurece aueuc le marchis a tout grant gent ne que nous partis de luy il pourtacece une autre route car il ne senpecera ne aueuc li ne demoura au plus de vingt a vingt cinq lances et nous tout qui vous seruirons par le grasse de deuy vous seruirons beisn et lialment contre cascune personne que il vous plaira toutes ches cosses vous signefions nous mesires wanceirs et jou et nous recomandons a vous et vous requerons que sur cou vous plaisse a nous faire sauoir vo volonte notres sires voles acroisse vo honneur et memteinece en sa grasse.

Done a castini le premier jour de mars.

soussigne Wanceirs de heriet.

Cheualier robins de la tente
a vous

(au dos) A tres exellent prince monseigneur le conte de sauoie leur cheir et redoute signieur et maistre.

N. XVIII.

Lettera del monaco Hecz al conte di Savoia.
21. *febbraio.*

Illustris et excelse domine. De malo nostro cursu vobis per presentes notifico quod die sabbati proxime preterita dispuscauis scorte venerat ante castrum castigneti cum toto suo posse et se posuit in meam gebaitam et hora tercia fecit currere circa XX. equites ante dictum castrum nostrum sic quod sacmanni pedites foras currerunt in magna quantitate tunc dispuscauis cucurrit cum gente sua et fugauit

nostros usque ad castrum et hoc tamen absque dampno. Tum ego exiui cum omnibus meis sociis peditibus quia equestres circa me non erant nec sunt propter carenciam victualium que habere non possunt et recepi campum unum aliquantulum firmum sic dominus azinus de caginis erat in quodam castro nomine guuonis quod castrum distat quatuor miliaria a castigieto qui erat in procinqto veniendi ad me non tamen ob ista causa qui de subito venit cum centum lanceis et me inuenit stantem contra inimicos cui dixi ecce hic est quod queritis feci gentes meas procedere qui eos fugauerunt de uno monte quem ipsi tenebant et sequtus fuit dominus azinus festinanter cum illa gente que eum sequi poterant et pedes descenderunt et prelium intrauerunt sic quod nostri inimicos interficerunt et circa LX. de illis capti fuerunt. Tum nostri se occupauerunt cum prisonirys modo tres modo sex qui volebant habere partes in uno sic quod inimici congregati fuerunt et nostros ruperunt et eos ceperunt et captos barbutis spoliauerunt et eos occiderunt sic quod inuenti sunt circa XXX. mortui et XXVIII. capti de melioribus d. azinus captus et d. jacobus de verme captus qui eodem die factus fuit miles et quam plures teutunici. Altissimus vos conseruet.

Dat. castignieti februari die XXI.

Monachus de hetz.

Wuastherius de henriet.

(soprascritta) Illustri et excelso domino domino amedeo comiti sabaudie domino karissimo.

N. XIX.

Trattato di lega tra Gregorio XI sommo pontefice, ed Amedeo VI conte di Savoia.
1372. 7. *luglio.*

In xpi nomine amen. Anno natiuitatis dominice millesimo tercentesimo septuagesimo secundo indictione decima die septima mensis jully. Pontificatus sanctissimi in xpo patris et domini nostri et domini gregory diuina prouidentia pape undecimi anno secundo ad laudem et gloriam dei ac beate marie virginis et beatorum apostolorum petri et pauli omniumque sanctorum ac ad honorem tutelam et statum et exaltationem sanctissimi in xpo patris et domini domini gregory diuina prouidentia pape undecimi sancteque romane ecclesie ac excellentissimi principis domini caroli dei gratia romanorum imperatoris semper augusti ac serenissimi principis domini ludouici eadem gratia regis ungarie illustris specialissimi filiorum ac protectorum ecclesie prelibate nec non magnifici et potentis viri dom. amedei comitis sabaudie ac omnium et singulorum colligatorum ecclesie et comitis prefatorum. Reuerendus in xpo pater et dominus dominus petrus dei gratia archiepiscopus vicuricensis dicti dom. nostri pape camerarius habens in hac parte a prefato domino nostro propria plenaria facultate prout patet per apostolicas literas tenoris inferius annotati nomine dicti domini nostri pape et dicte sancte romane ecclesie ex una parte et nobiles viri lymbaldus dominus de cischino et dominus gullielmus de chalamonte miles consiliarii et procuratores ac procuratorio nomine magnifici viri domini amedei comitis sabaudie prout patet publico instrumento recepto subscripto et signato ut in eo legebatur manu magnifici guigonis marchiandi auctoritate imperiali publici notarii nec non sigillo dicti domini comitis cere viridis impendenti si-

gillato cuius tenor inferius continetur pro ipso domino comite et illustri pupillo domino secundo ottone marchione montisferrati cuius idem dominus comes consanguineus et tuttor esse dicitur et cum quo idem dominus comes supra infrascriptis concordare habet prout inferius continetur ex altera sponte et ex certa scientia puris animis ut dixerunt pro deffensione tutela et securitate ac statu et honore predictorum dominorum suorumque subdictorum et terrarum quas habet in italia ac colligatorum nominandorum prout inferius continetur fecerunt contraxerunt et inierunt unionem considerationem et colligationem mutuam duraturam usque ad tres annos proxime futuros incipiendos a mense septembris proxime venturi sub modis formis conditionibus pactis et promissionibus infrascriptis. Primo namque conuenerunt et promiserunt durante triennio supradicto se se inuicem et terras et territoria et bona quecumque que utraque partium predictarum habet ac tenet et possidet in italia et pedemontium tunc ac subdictos eorum deffendere manutenere ac asseruare ab offensionibus et hostilitatibus dominor. barnabonis et galeaty de vicecomitibus dom. mediolani gentiumque suarum et quod dictus dominus comes sit dux belli et capitaneus gentis armigere que per modum infrascriptum ordinabitur per partes ipsas. Et ut onus huiusmodi guerre valeat dictus dom. comes melius supportare supradictus dominus camerarius dicti domini pape nomine promisit et conuenit dictis procuratoribus prefati domini comitis pro ipso domino comite stipulantibus et recipientibus dare infra mensem septembris proxime futurum sexcentas lanceas unias et caualcantes et decem milia florenos auri de quibus decem millibus florenis idem dominus comes debeat stipendiare ac tenere quingentas lanceas silicet unias et caualcantes quas habere debeat infra dictum mensem septembris et hoc pro quinque mensibus incohandis in dictis . . . . . septembris . . . . . continuandis . . . . . dicti autem procuratores dicti domini comitis dicto nomine pro-

miserunt et conuenerunt prenominatis procuratoribus recipientibus pro prefatis dominis suis quod ipse dominus comes de suis propriis gentibus seu stipendiariis et ad suas expensas habebit et tenebit continue dictis quibuscumque mensibus mille lanceas unias et caualcantes ultra sexcentas et quingentas lanceas supradictas et si dicto domino proprie placuerit loco dictarum sexcentarum lancearum det decem millia florenos predicto domino comiti de quibus idem domin. comes quingentas lanceas habere continue ad seruicium huiusmodi unionis teneatur sit tunc quod si dominus noster possit aliquod subsidium a suis colligatis habere cedat tam in releuationem expensarum quas propterea faciet dominus noster. Quodque licitum sit eidem domino proprie si sibi placuerit huiusmodi conuentionem factam pro quinque mensibus supradictis extendere cum gentibus seu pecuniis memoratis usque ad unum annum completum computatis quibuscumque mensibus antedictis ut infra annum ipsum ad tempus de quo sibi videbitur. Item prefati procuratores dicti domini comitis promiserunt solempniter et conuenerunt dictis procuratoribus stipulantibus ut supra quod ipse domin. comes personaliter faciet guerram dictis dominis barnaboni et galeatio et ciuibus eorundem ac ciuitatibus terris et locis que tenent coniunctim uel diuisim et quod per totumdem mensem septembris ad longius erit cum huiusmodi lanceis seu gentibus in territorio alicuius fratrum de mediolano et infra medium octobris quocitius bono modo poterit in comitatu mediolanensis inter fluuios ticiny et adde cum dicto numero lancearum videlicet duorum millium ad minus et faciet guerram supra dicto territorio et aliis territoriis ciuitatum et terrarum quas tenent fratres predicti inter fluuios supradictos et ipsam guerram ad dampnum et offensionem dictorum fratrum et eis adherentium ac obedientium ac ad honorem statum et comodum dictorum colligatorum seu contrahentium meliori et efficaciori modo quo poterit per se et dictas gentes faciet et fieri faciet bona fide. Item

specialiter actum et conuentum extitit inter dictas partes quod si lapsis quinque mensibus uel alio elapso tempore usque ad finem dicti primi anni quo tempore ut predicitur duraret exsortium seu datio et retentio dictarum lancearum seu supradicte pecunie pro eisdem usque ad finem dicti trienni partes ipse se se per hunc modum contra dictos fratres debeant adiuuare. Videlicet quod si dicti fratres uel aliter eorum facerent guerram contra dictum dominum comitem in terris quas habet in italia seu pedemontem prefatus dominus ipse pro se et suis colligatis de trecentis lanceis pro quatuor mensibus quolibet anno suis propriis stipendiis prefatum dominum comitem debeat adiuuare. Et versa vice si ipsi fratres uel aliter eorum facerent guerram contra jam dictum ipsum in terris quas habet in italia idem dominus comes similiter de trecentis lanceis suis expensis pro dictis quatuor mensibus cuiuslibet anni dicti trienni eum juuare similiter teneatur. Si autem fieret guerram per eosdem fratres uel alteri eorum prefato domino ipso et dom comiti ambobus insimul eo causatu . . . . . ipsorum ad mittendum dictas trecentas lanceas teneatur. Huiusmodi autem lanceas voluerint dicte partes esse et intelligi bonas unias et caualcantes ac decenter munitas equis et armis de quibus quidem lanceis hinc inde datis seu habitis et stipendiatis quolibet mense debeat fieri monstra ut est fieri consuetum in presentia illorum quos dicte partes ad hec voluerint deputare et possit quelibet pars unum eligere coram quo debeat fieri dicta monstra et deffectus qui recepti fuerint in personis equis uel armis scribantur hinc inde ac ponantur et suppleantur sequenti tempore uel detrahatur stipendium pro dictis deffectibus prout in talibus fieri consueuit. Item dicte partes conuenerunt specialiter et expresse quod idem dominus ipse possit ad istam colligationem recipere cum pactis et conditionibus de quibus sibi placuerit omnes nobiles et comunitates de quibus ipsi domino proprie videbitur expedire sine preiudicio talium conuentionum et

pactorum conuentorum in presenti contractu et specialiter vult ad presentem ligam admitantur marchio montisferrati episcopus vercellensis et dux ac comune janue . . . . si ad hoc possint induci. Item prefati procuratores predictis nominibus conuenerunt quod si prefatus dominus comes aut eius colligati seu adherentes aut gentes predicte acquirerent occupabunt seu quolibet habebunt quecumque terras castra seu loca spectantia ad serenissimam principissam dominam johannam reginam sicilie illustrem que per dictos fratres aut eorum alterum seu quemcumque alium eorum uel alieno nomine detineatur seu in posterum detineri contingat terre castra et loca huiusmodi prefate domine regine seu suis gentibus et officialibus omni exceptione remota debeant statim libere ac plene restitui et dimicti quod que si qua terras castra loca jura et bona spectantia ad quecumque ecclesias monasteria et alia pia loca seu eorum prelatos et rectores detenta per eosdem fratres uel alios nomine ipsorum uel alterius eorum aut eorum colligatos seu adherentes per ipsum dominum comitem seu dictas gentes occupari recuperari seu quodlibet haberi contingat ipse dom. comes ea statim plene libere et expedite restituat et restitui faciat ac dimicti ecclesiis monasteriis locis prelatis et rectoribus prelibatis prout ad eos spectabunt et supra hiis questio oriretur stari debeat ordinationi libere dicti domini nostri pape et successorum suorum sine contradictione quacumque. Item conuentum est inter partes predictas quod supra guerra huiusmodi et omnibus et singulis supradictis et aliis occursuris trattandis deliberandis faciendis et executioni mandandis prefatus dominus papa unum uel duos et quilibet aliorum colligatorum suorum unum consiliarios possint habere apud dictum dominum comitem in exercitu et alibi ubi fuerit dom. comes prefatus ad consulendum supra premissis ipsi domino comiti et aliis supra hiis deputatis ab eo ipse tunc dominus comes auditis predictorum consiliariorum consiliis faciendi quod sibi videbitur habeat pote-

statem. Ceterum partes predicte conuenerunt et promiserunt sibi ad inuicem sollempniter et expresse quod durante colligatione predicta prenominati eorum domini videlicet dom. papa et sui colligati sine expresso consensu prefati domini comitis et ipse domin. comes sine expresso etiam consensu dictorum dominorum proprie et suorum colligatorum uel ipsius domini pape et maioris partis ipsorum colligatorum. Ita quod maior pars intelligatur non secundum numerum sed secundum quantitatem gentium uel pecunie quas seu quam quilibet eorum ponet seu contribuet in colligatione predicta non faciet seu non faciet pacem treugam uel sufferentiam quamcumque qualitercumque quocumque cum supradictis dominis barnabone et galeatio uel altero eorundem aut colligatis adherentibus et gentibus ipsorum uel alterius eorundem. Postremo prefati procuratores dicti domini comitis specialiter et expresse promiserunt et conuenerunt quod ipse domin. comes teneatur ex nunc suscipere et toto tempore dicte colligationis tenere sub sua deffensione nobiles pueros marchiones montisferrati consanguineos suos ecclesieque romane predicte deuotos ac ciuitates terras castra et loca ipsorum seu que teneat deffendere bona fide a gastis bastitis et exercitibus et gentibus dictorum dominorum barnabonis et galeaty et cuiuslibet eorundem nec non suorum colligatorum et adherentium quorumcumque. Itemque omnia et singula supra et infrascripta capitula pacta et conuentiones intelligantur ad bonum rectum verum et sanum intellectum legaliter et bona fide et cessantibus omni dolo fraude machinatione et cauillatione ac qualibet interpretatione sinistra et si forsan supra ipsis aut ipsorum aliquo dubium aliquod quod absit oriretur super hoc stetur sumpti declarationi et determinationi dicti domini nostri uel alterius quem ad hoc specialiter duxerit deputandum. Que omnia predicta etc. etc.

N. XX.

Estratto dal conto del tesoriere N. Guglielmo di Caluso, relativo al luogo di Verrua.
1387.

De tercia parte exitus dicti molendini de verruca a die secunda inclusiue mensis julii anno predicto MCCCLXXXVII. usque ad diem XXVII. exclusiue mensis augusti anno eodem nichil computat quia ipsum molendinum fuit totaliter vastatum per dominum marchionem montisferrati et eius comitiua qui aciem seu eius exercitu cum maxima gentium armorum potentia die IV. mensis julii anno supra proxime dicto posuit et collocauit ante villam et locum verruce ipsam obsessam usque ad diem XXIV. mensis augusti anno eodem tenendo et ibidem ac in finibus dicti loci quamplurima dampna inferendo occasione quorum ac etiam probitate legalitate et fidelitatis constantia in quibus tam diurnis temporibus fuerunt et steterunt erga dominum de dicta tercia parte exitus molendinorum predicti de cetero nichil computabit quum predictis et multis aliis attentis et consideratis dominus ad humilem supplicacionem hominum et comunitatis dicte ville dictam tertiam partem exitus prefati molendini domino pertinentem pro se heredibus et posteritatibus ipsorum perpetua ex eius certa scientia donauit quictauit et totaliter remisit una cum inuestitura successionibus decima et tertia parte dampnorum campestrium domino ibidem debitis et pertinentibus ut infra in suis titulis fit mentio ut per litteram domini de dictis donatione et quictatione predictis in logiamento domini prope verrucam die XXVII. augusti anno predicto MCCCLXXXVII.

Conputus nobilis guillelmi de caluxio de vigono consiliarii et thesaurarii.

N. XXI.

Lettera di Amedeo principe d'Acaia a Teodoro despota della Romania.
1390.

Serenissime consanguinee et frater nostro carissime.

Amedeus de sabaudia princeps achaye theodoro in christo dio dispoto paleologo et por firogenito poy la salute la scripta de la signoria vostra recippemo per mano de lu gentile homo dominus petrus lactor et auimo intiso che per la dio gratia la vostra signoria sta bene de la quale chosa nuy rialegramo de lu vostro stato perche nuy sapimo che la vostra signoria n'amati facimuui sapere che nuy per la dio gratia stamu bene e secum tu inscriuiti che de la chosa che vibezoniaua demandareni a dire vi fidati vu alusopra dicto petro achochillu de lu pothe dir a nuy isso petro ne le aue dicto et inscrito nuy ne auimo fidato a lu dicto petro et auimo li parlatu d'alcune chose tantu quantu a nuy abezogniatu de li dire a la vostra signoria et superatili de li supra dicto petro et per chisto nuy non viscriuimo a la vostra signoria piu largu.

N. XXII.

Lettera di Teodoro despota della Romania ad Amedeo principe d'Acaia.
1390. 19. *dicembre.*

Illustrissime potentissime excellentissime domine ac imperii nostri fratre charissime per has excellentiam vestram notifi-

camus nupsios et abassiatores illustris dom. principis achaie ad imperium nostrum peruenisse litteras excellentissime dominationis vestre portantes predicti domini principis negocia comitendo imperio nostro itaque super hoc sciat excellentia vestra quod semper nos simus parati ad omnia precepta et nostra data vestra et ad quodlibet quod spectaret ad augmentum status et honoris magnifficientie vestre et multo magis ad prefatum dominum principem qui est consanguineus et frater charissimus noster. Itaque de bona intentione et de amore quem gerimus circa excellentissimam dominationem vestram et excellentissimum dominum sabaudie et prefatum dominum principem achaye plenius erit informata dominatio vestra a nobilibus et eggregiis abassatoribus illustris domini principis achaie fiatque tamen sint fienda a nobis per excellentia vestra faciatis scire sed scribere cum fraternali fiducia. Dat. in mysithra die decimonono mensis decembris.

Theodorus dei gratia despotis romanorum paleologus et porphyrogennitus.

(fuori) Illustrissimo domino domino principi achaye imperii nostri fratri charissimo.

N. XXIII.

Risposta dei primati d'Acaia al principe Amedeo.
1391. 22. *febbraio.*

Illustri et magnifico domino domino amedeo principi pinaroly.

Magnifice domine per nobilem militem domin. philippum symeonis dom. johannem de odonibus obertum de pleuzascho

nuncios et ambaxiatores magnificentie vestre recepimus litteras certorum continentie et tenoris cum clausula de credencia tam ex parte magnificencie vestre quam domini comitis sabaudie et earum litterarum intellecto tenore et requisitionibus factis nobis de principatu achaye comunicato cum omnibus prelatis baronibus militibus ligys nobilibus consilio ad predictam requisito fecimus responsionem quam de jure et nostro honore potuimus. Cum non essemus illi qui possent et deberent ad quesita aliter respondere saluo nostro et omnium nostrum honore et illius qui tenet principalem potestatem in patria. Quare magnificentiam vestram rogamus actente quatenus predictam requisitionem juridicam et rationabilem placeat benigne et gratanter recipere regratiantes magnificentie vestre de tam honorabili ambaxiata talium et tantorum nobilium qui diligenter et sollicite fecerunt vestra vota offerentes nos ad queque vobis grata et honores. Datum in terra drusy de dicto presente die XXII. february XI. indictione.

Petrus de sancto superano vicarius et capitaneus generalis prelati barones milites et nobiles ligy principatus achaie.

N. XXIV.

Trattato tra Amedeo principe d'Acaia ed i primati di quel principato.
1391. 5. *giugno.*

In xpi nomine amen. Anno a natiuitate eiusdem millesimo tricentesimo nonagesimo primo indicione decima quinta die quinta mensis junii in venetiis. Huius instrumenti publici serie nouerit tam presens etas quam successiua posteritas quod cum illustris et magnificus dom. dom. amedeus de sabaudia princeps achaye pro recuperatione principatus

predicti suos certos ambassatores apud egregium et potentem virum petrum de sancto superano generalem rectorem et gubernatorem dicti principatus et alios nobiles viros armorum de societate eiusdem petri nec non patriotas transmisisset et ipse petrus et nobiles armorum eius societatis et patriote versa vice suos ambassatores transmisissent ad prefatum illustrem et magnificum dominum principem. Hinc est quod post multa et varia parlamenta consilia et colloquia super premisso facta habita et tractata tam in principatu achaye coram prefato petro nobilibusque eius societatis ac prelatis et patriotis dicti principatus quam in pedemoncium in ciuitate taurini et loco pynerolii coram prefato illustri et magnifico domino nostro principe venerabilis et sapiens vir dominus anthonius faba de valencia juris utriusque peritus consiliarius prefati domini principis nec non nobilis scutifer bertinus prouane condominus villarii nuncii speciales et procuratores prefati illustris domini principis volentes dictum negotium ad finem laudabilem pro posse deducere petitionem infrascripte continencie et tenoris fecerunt nobilibus viris bartholomeo bombini et johanello rostagni de napoli nunciis et procuratores prefatorum petri de sancto superano nec non eius societatis et patriotarum principatus achaye videlicet quia petebant et requirebant nominibus quibus supra a predictis bartholomeo et johanello procuratoribus etc. prefato domino principi etc. tradi restitui principatum achaye et moree cum omnibus et singulis juribus feudis etc. Quibus peticionibus et requisicionibus auditis et intellectis prefati bartholomeus et johanellus nominibus antedictis dicebant quod petrus de sancto superano eiusque societas dictum principatum achaye cum juribus et pertinenciis suis juste recte et racionabiliter tenuerunt et tenent non sine magnis sudoribus expensis et parentum et sociorum suorum nece suarum personarum periculis grauibus et sanguinis effusione vigore et auctoritate comissionis sibi facte et vexilli sibi traditi per quondam illustrem et inclitum

domin. jacobum de baucio imperator constantinopolitanus verum et rectum dominum ex vera et recta linea descendente dicti principatus achaye et tarenti principem et sic tenebunt dictum principatum donec apparebit verus et rectus successor et heres qui vere recte et de jure succedere debet in dicto principatu. Et volentibus ipsis partibus nominibus antedictis diuina gratia illustrante periculis guerre et aliis scandalis que exinde oriri poterant obuiare et ut que calamitas belli introduxerat pacis lenitas sopiret sicque tota patria jamdicti principatus longis temporibus diuersis et variis guerris afflicta nunc in bono pacis quiescet et altissimo concedente multiplicare et crescere possit ipse partes nominibus quibus supra ad infrascripta pacta deuenerunt. Primo namque quod prefati procuratores predicti illustris et magnifici domini principis teneantur et debeant nominibus quibus supra in feudum perpetuum dare et assignare secundum consuetudinem patrie dicti principatus predicto petro de sancto superano et societati pro se et suis heredibus legitimis masculis et eis natis et nascituris omnia et singula bona que quomodocumque obuenerunt et sunt ad manus et posse dicti domini vicarii et comitiue exceptis dominalibus ipsius principatus existentibus ad manus curie et comitiue sub homagiis fidelitatibus seruitiis tributis usagiis debitis et consuetis et prout fuerint bona ipsa valere comperta sicut consueuit fieri et obseruari in principatu predicto et quod statim quod dictus dominus princeps venerit in dicto principatu uel alter pro eo et receperit a dicto petro et societate possessionem bonorum dominalium predictorum et sacramenta fidelitatis et homagii dari et assignari faciet dicta bona per se heredes et successores suos fieri faciet dicto petro et comitiue priuilegia bonorum predictorum in forma debita et consueta nixi quod dicti petrus et alii de comitiua inter eos terminabunt diuident et facient. Item quod in casu quo aliquis de dicta societate vellet recedere a dicto principatu quod tali recedenti

sit liberum feudum uel feuda predicta in proximo sibi capitulo declarata uendere seu donare alteri persone que tamen sit fidelis dicto domino principi et non alteri saluo tamen seruicio dicto domino principi debito et jure superioritatis. Verum in casu quo prefatus dominus princeps ipsum feudum seu feuda emere vellet ipsum uel ipsa possit habere et preferatur ceteris in habendo pro eo precio quod reperiretur sine simulatione aliqua. Item quod dicti de comitiua relinquere seu donare possint ecclesie fratrum minorum et predicatorum de clayrencia de dictis bonis exceptis fortaliciis uel aliis propter quod onus personale prefato domino principi uel militia debeatur non preiudicando tamen seruitio inde debito prefato domino principi cum pacto etiam adiecto quod talia immobilia sibi relicta dicti fratres teneantur vendere seculari persone ne remaneant ad manus mortuas infra terminum aliter vero spectent ad prefatum illustrem dominum principem et ad ipsius manus et curie intelligantur esse reducta ipso facto. Item quod prefatus illustris et magnificus dominus princeps teneatur et debeat dare tradere et soluere predicto petro de sancto superano et societati seu alteri super hoc deputato uel deputatis seu heredibus et successoribus suis ducatus auri cunei veneti viginti millia de quibus soluere teneatur et debeat ducatos auri quinque millia de mense marcii uel per totum dictum mensem uel ante quia verisimiliter speratur de suo aduentu quo cicius ipse dominus princeps seu alter pro eo applicuerit ad partes dicti principatus et sibi tradita fuerit possessio quam possessionem sibi tradere teneatur dum offerat se paratum eis tradere et realiter numerare dictos quinque millia ducatos intelligendo possessionem bonorum dominalium existentem ad manus dicti petri uel comitiue. Item quod omnes sententie ciuiles et criminales et alia quecumque facta et gesta tempore regiminis dominorum bailliui et dicti petri de sancto superano vicarii usque ad diem presentem remaneant et sint firma et omni firmitate valida

dummodo non preiudicent juribus prefati domini principis. Item quod prefatus illustris et magnificus dominus princeps indulgeat omnibus et singulis dicti principatus et comitiue omnes et singulas culpas et offensas ac alia scelera comissa et perpetrata tam homicidiorum quam quorumcumque scelerum malorum et criminum usque ad presentem diem. Item quia manuel alamanus negri proditor interfecit uel interfici fecit berardum varuassa capitaneum et plures alios dicte comitiue non concludatur in articulo presenti. Item prefatus dom. princeps confirmabit egregio militi domino nerio de aczaolis castellaniam corinti. Item quod prefatus domin. princeps venire teneatur personaliter quo citius poterit in dicto principatu et facere et obseruare omnia et singula supra et infrascripta. Item insuper promiserunt et conuenerunt . . . . . recipere et receptare lanceas centum quinquaginta hominum armatorum et pedites CCCC. uel circa cum sua familia et rebus in et super principatu predicto transmittendas per ipsum dominum principem ad dictum principatum achaye per totum mensem augusti proximum ipsasque gentes armigeras et pedites benigne et gratiose tractare et eisdem de victualibus et aliis necessariis prouidere juxta eorum posse. Que omnia et singula suprascripta etc. Acta fuerunt hec in veneciis in domo sancti anthonii in logia superiori ipsius domus presentibus etc. Meque humberto fabri de chatiaco gebennensis diocesis secretario prefati domini nostri principis imperiali auctoritate notario publico qui in premissis omnibus presens interfui et hoc publicum instrumentum inde rogatus recepi scripsi mea propria manu leuaui et in hanc publicam formam redegi.

N. XXV.

Lettera del marchese di Monferrato ad Amedeo principe d'Acaia.
1394. 12. *luglio.*

Illustris frater et consanguinee carissime. Nolentes occultare vobis casum qui nobis nuper euenit facimus vobis noctum quod dum perruthonus de largorio de sardenia qui dudum stetit nobiscum in domo et curia nostra fuisset inculpatus de certis furtis et latrociniis et propter ea arrestatus fuit de ipsis furtis repertus culpabilis. Et dum interrogaretur de aliis multis propalauit sicut deo placuit casum inopinatum apud nos et nostros videlicet quod ad inductum et suasionem anthonii pifferi vestri qui portabat quoddam specula super roba et qui eum de infrascriptis assonauit in casina quadam sancti raphaellis et post in clauaxio dum vos et nos ibidem conuenimus ad colloquium promixit ipsi piffero cum quodam puluere venenoso quam idem vester piffer obtulit se sibi datum venenare in coquina nostra cibaria quibus serenissima domina mater nostra nos et illustres dominus guillelmus frater et consors nostra carissimi et alii de nostra familia vescimur et vesci consuevimus. Ita quod ex dicto veneno tam predicti omnes quam nos et alii nobiscum astenses moriremur promittente sibi dicto piffero vestro multam peccuniam et quod daret sibi florenos XL. auri in prima vice et ultra hoc florenum unum cum dimidio quolibet mense quam puluerem et quos florenos LX. debebat ipse perruthonius ire ad recipiendum a dicto piffero quam citius potuisset in taurino et sic dictus perruthonius dum vixit post semper asseruit et perseuerauit verum esse et fuisse et se fuisse in proposito perficiendi quandocumque habuisset puluerem antedictum quod quicquid etiam confirmauit fore verum in morte siue mutatione quacumque

in judicio presente et audiente maxima multitudine personarum sicut in confexione eius patet. Igitur predicta vobis significare volumus ut circa conseruacionem vestri honoris et nostri possitis debite prouidere.

Datum in pontestura die XII. julii M. CCC. LXXXXIIII.

Marchio montisferrati. *(fuori)* Principi achaye.

N. XXVI.

Risposta del principe d'Acaia al marchese di Monferrato.
1394. 14. *luglio.*

Illustris frater et consanguinee carissime vestris receptis litteris nobis exhibitis per trombetam vestrum exhibitorem presentis de contentis in eis valde sumus admirati cum anthonius piffer noster in vestris literis nominatus nobis jam lapsis multis longeuis temporibus legaliter seruierit nec unquam reperimus deffectum aliqualem in eodem et cum ipse anthonius a vobis et in vestra curia multa munera et dona receperit non possumus concipere in mente nostra quod dictus antonius talia presumpserit attemptari et cum predicta diximus dicto anthonio in presencia nostri consilii ipse anthonius exinde fuit plurimum admiratus dicens et asserens suo maximo sacramento se non esse culpabilem de predictis et nobis suplicauit humiliter quatenus eidem licentiam donaremus ad vos eundi volens se facere bonum ut conuenit de predictis. Quapropter ipsum anthonium cum trombeta vestro predicto ad vos duximus presencialiter destinandum et nichilominus de proximo de gentibus nostris ad vos mittemus qui vobiscum conferent de predictis.

Datum in exercitu nostro panchalerii die XIIII. julii.

Princeps achaye. *(fuori)* Illustri fratri et consanguineo nostro carissimo domino marchioni montisferrati.

N. XXVII.

Pietro di Cocconato conte Radicati dichiara la guerra ad Amedeo principe d'Acaia.
1396. 17. *gennaio.*

Suadentibus causis infrascriptis videlicet quia nonnulli ex vestratibus more predonico territorium et posse bagnaschi hostiliter inuaxerunt volentes eundem locum bagnaschi latrocinie furtiue ac dolose a manibus eiusdem loci dominorum extirpare et ipsis cernentibus fomitem iniquissimum prepositi nullathenus posse adimplere se reduxerunt in montecalerio et cherio vobis non ignorante supra eodem quod territorio et posse atque currentes ipsum diurno tempore hostiliter inuadentes et uno homine capto se ut supra reducentes in villa stelloni hiisque non contentis alia vice posse territorium castelborgoni latrocinie irruuentes et aliis quam pluribus me juste mouentibus cernentem quam juste motos ad omnia vos fouet harum tenore vos vestratesque ab hac hora duxi penitus diffidandi in quorum testimonium has fieri feci vobis presentari facere disposui sigilli mei munimine roboratas de quarum presentatione latori jurato fidem plenam adhibebo.

Datum prunolly die decimo septimo januarii millesimo tercentesimo nonagesimo sexto.

Petrus de coconato comes radicatus.

N. XXVIII.

Teodoro marchese di Monferrato dichiara la guerra ad Amedeo principe d'Acaia.
1396. 8. *maggio.*

Casu justitie fremunt bella et rite quo circa terrarum inuasionibus nostrarum nunnullis temptatis spoliisque plurimis perpetratis iniuriis contumeliossis putridis pestiferis et proculdubio detestandis aliisque innumeris facinoribus contra nos et nostros notorie commissis a vestris sincere pacisque reciproce a vobis multifariam multisque modis dissolutis vinculis ac etiam stelionatis adulationibus vestris abusiuis perfecto intollerabiliter cohacti et admodo penitus fastiditi volumus ut ab omni nostra pace predicta vos cum vestris et complicibus semotos deinceps totaliter et omnimodo habeatis has quidem ad memoriam perpetuam in actis cangellarie nostre fecimus registrari latori ipsarum de presentatione fidem credulam adhibentes.

Datum clauaxii die octauo mensis may millesimo tercentesimo nonagesimo sexto.

Theodorus marchio montisferrati etc.

(a tergo) Illustri domino amedeo de sabaudia principi achaye etc.

N. XXIX.

Dichiarazione della revoca dell'accusa fatta da Bernardo della Rocca contro il principe Amedeo d'Acaia. 1396. 23. *novembre.*

Nouerint uniuersi quod cum bernardus de rocca de bellomonte in vasconia diocesis montisalbanensis in comitatu almaniaci carceribus illustris principis domini nostri domini amedei comitis sabaudie in villa burgi in breissia et pluribus aliis locis et carceribus breissie diu mancipatus extiterit et detentus de et pro eo quod confessus fuerat res venenosas secum deportasse de consensu et mandato illustris domini comitis virtutum causa interficiendi illustrissimum regem francorum cardinales de thurego d'amiens et quemdam alium de cuius nomine non recordabatur. Ac inde confessus fuerat variando primis suis dictis ipsas res venenosas tantum de voluntate et consensu illustris domini principis achaye et domini belli ioci deportare causa ministrandi et ad comedendum dandi predicto domino nostro sabaudie comiti dominis oddoni de villariis et archiepiscopo tharentesiensi ac cuidam de cognomine corgenonis. Postmodumque pluries super hec interrogatus predicta denegauerit causis predictis et ad tractatum quorum supra deportasse res venenosas ut predicta latius contineri dicuntur in processu super hoc facto deindeque per venerabile consilium dicti domini nostri sabaudie comitis cum eodem residens dictus bernardus die decima octaua mensis huius in ala dicti loci burgi publice ipso sedente consilio pro tribunali et in loco magestatis fuerit sententialiter condempnatus ad amotionem sui capitis et corpus suum ad suspendendum furchis cum capite de supra prout in sententia contra eumdem bernardum lata per dictum venerabile consilium plenius describitur.

Hinc est quod anno domini millesimo tercentesimo nonagesimo sexto die vicesima tertia mensis nouembris indictione quarta coram nobis johanne chemeronis et petro de bellicio de burgo in breissia clericis auctoritate imperiali publicis notariis presentibus nobili viro ludouico de jenoille domino dynone bailliuo vaudi stephano scyturerii secretario dicti domini nostri et henrico de playa nobiles viri dom. guigo rauaysii dominus sancti mauritii petrus andreueti thesaurarius dicti domini nostri johannes veneti castellanus burgi predicti frater petrus eguerii conuentus fratrum minorum burgi johannes de canalibus notarius clericus curialis burgi magnus johannes et perinus johannes bonecourt fratres habitatores burgi ad tractatum et requisitionem venerabilis viri magistri luquini paschalis phisici dicti domini nostri comitis hoc fieri poscentis testificantur juramentis suis ad sancta dei euangelia corporaliter prestitis se die mercurii externa fuisse presentes ad patibulum burgi in breissia predicti ubi dictus bernardus fuerat per carneficem ductus causa predicte executionis de eo faciende qui bernardus ipso existente subtus furcarum patibulo post hoc quod dictus castellanus burgi alta voce populo ibidem congregato ad videndum executionem predictam dixit talia verba in effectum verbis gallicis.

« Brauz seigneurs ne vous meruillies pas se lon ne exe-
» cute mestre bernard ci present plus griefmant que de
» coper la teste quar se il fust oray ce que il ha dist quil
» voloit entosquer monseigneur de sauoie lon leust plus
» griefmant exequte mais quar il confesse et a confesse que
» ce sont menczonges et que il a accuse le sire de millanz
» monseigneur le prince et le sire de beaujue a tourt et
» de son esuienement lon li cope la teste ».

Dicit idem bernardus talia verba in effectu.

« Seigneur par la penitance que mon corps atant ce que
» je ay dist je nan ay dist forque par paur de la corde et
» ay menti de accuser monseignieur le prince ».

Et inde petiit confiteri cum magna instantia quo confesso secrete cum dicto fratre petro esquier idem bernardus dixit iterato consimilia verba in effectu.

« Je descuse chascum que je auoie accuse monseignieur » et les capitaines quar sur marma il ne mirent mal de ce » dont je les ay accuse et ce que je ay dist je non ay dist » forque par paur de la corde ».

Et predicta testificati fuerunt et dixerunt attestanturque et dicunt prenominati dominus sancti mauritii et alii predicti suis mediis juramentis ut supra anno et die predictis ultimo in domo habitationis heredum petri de baneria burgi in aula bassa posteriori in qua dictus dominus sancti mauritii de presenti tenet cameram suam coram nobis dictis notariis presentibus dictis testibus.

De quibus omnibus et singulis dictus magister luquinus petiit fieri cartam testimonialem seu publicum instrumentum quam seu quod ad opus dicti domini principis achaye modo predicto concessimus faciendum.

Ita est coram nobis predictis notariis testificatum.

Johannes chemeron petrus bellicio.

N. XXX.

Gl'Isnardi astigiani signori di Sanfrè dichiarano la guerra ad Amedeo principe d'Acaia.
1398. 8. *settembre.*

Ob certas causas offensionum nobis multociens per vestrates illatarum per quas dominus gubernator astensis sepe et sepius dominationi vestre per literas notificauit requirendo ut de predictis offensionibus et dampnis nobis restitucio fieret que minime facta fuit ymo cotidie per stipendiarios et

homines vestros sumus offensi se reducentes supra territorium vestrum quod amplius pati non possimus nec predicta dampna et offensiones cotidie multiplicantes supportare valemus. Intendentes aliquo remedio prouidere vos et vestrates diffidamus.

Dat. sinfredi die octauo septembris millesimo tercentesimo nonagesimo octauo.

Johanninus anthonius et guillielmus et omnes alii de ysnardis de castello domini sinfredi.

(a tergo) Illustri et magnifico domino domino principi achaie.

DOCUMENTI
DEL LIBRO QUARTO

DOCUMENTI

N. I.

Editto di Lodovico principe d'Acaia contro i blasfemi, e coloro, che pronunciano i nomi di Guelfo e Gibellino.
1403. 3. *luglio.*

Ludouicus de sabaudia princeps etc. Dilectis uniuersis et singulis vicariis castellanis judicibus potestatibus locorum rectoribus nobilibus vaxallis fidelibusque et subdictis nostris ad quos presentes nostre littere peruenerint salutem et dilectionem. Licet non teneremus in dubium quod tam nouissime et hac hora euidentius et occullata fide didicimus quod propter blasfemationes et irreuerentiam quas humanum genus habent et utuntur contra creatorem nostrum et gloriosissimam eius virginem matrem sanctosque siue celestis curie ac propter dimissionem quod regnat in partibus ex facto illorum detestabilium nominum guelf et gebelin qui traxerunt originem ab illis duobus dampnatis principibus infernorum appellatis gibel et guelf dicto humano generi immutabilis deffectus tam in perniciem animarum quam jacturam corporis successerunt et succedunt cupientes in hoc quantum nobis est possibile et adeo datum prouidere tenore presentium statuimus et credimus quod si aliqua persona blasfemauerit qualitercumque animo irato uel non irato deum omnipotentem uel beatam virginem mariam uel aliquem sanctum uel sanctam ipso jure et facto incurat penam solidor. viginti bone monete pro quolibet et qualibet vice si diues sit et componere possit si autem pauper et com-

ponere non possit incurat ut supra penam solidorum decem sit ad rationem predictam et soluatur officiali loci ubi dicta blasfemacio fiet nomine tamen nostro pro duabus partibus et pro tercia acussatori in unum diem a die habite noticie veritatis quam penam si contrafaciens non soluerit in dictum terminum ponatur ipse blasffemans in cepo uel ad berlinam euidenter in platea loci ubi blasffemauerit et ibi teneatur per unum diem naturalem. Item statuimus et ordinamus quod si aliqua persona nobis subdicta vendiderit uel emerit aliquas res mobiles seu recreantias laborauerit uel laborari fecerit in aliquibus diebus festiuis et vetitis laborari per sanctam matrem ecclesiam quod dicta talis persona emens uel vendens laborans uel laborari faciens ipso jure et facto incurrat penam solid. XX. ad rationem ut supra pro qualibet persona et qualibet vice applicanda ut supra et soluenda in tercia die a die habite noticie veritatis saluo quod in casu necessitatis de qua necessitate constet potetestati uel rectori loci quo casu dictus rector possit dispensare et dare debeat licentiam secundum euignentiam necessitatis predicte et excepto quod in diebus mercati et nundinarum si cadent in die festi possit emi et vendi juxta solitum non obstantibus supradictis. Item decreuimus et ordinamus ut supra quod aliqua persona cuiuscumque conditionis existat nobis subdicta uel non subdicta non audeat uel presumat nominare nec manutenere partem gebellinam nec partem guelfam uel dicere guelf nec gebellin in territorio nostro nec etiam persona nobis subdicta extra territorium nostrum sub illa pena pro qualibet persona contrafaciente et qualibet vice a januinis duobus auri usque in XXV. que nobis placebit incurrenda et applicanda ut supra et soluenda a die habite veritatis in octo dies alioquin ascindi debeat sibi lingua. Comitentes vobis officialibus quatenus pro veritate habenda possitis in et super predictis omnibus et singulis quum causa occurerit inquirere et procedere in scriptis et sine scriptis omnibus solempnitatibus

juris et omni processu judiciali omissis ad ipsum onerum facti veritatis habendo suspectu. Et declarantes ex nunc quod si ulla negligentia in predictis fuerit per castellanos et potestates et rectores predictos quod ad ipsas penas ipsi officiales teneantur et quod quilibet possit accusare et predicte pene intelligantur ultra alias penas contentas si qui sunt in capitulis locorum. Que quidem vos ecclesiarum rectores in ecclesiis et vos officiales in locis consuetis aut in similibus est moris omnibus diebus festiuis usque ad unum mensem publicentur et publicari faciatis et in actis curie vestre predicta faciatis registrari.

Dat. pineyroli die tercio julii MCCCC tercio.

Per dominum relacione consilii

Humbertus fabri.

N. II.

Poesia sulla resa di Pancalieri alle armi di Lodovico principe d'Acaia.
1410.

Que lo castel de panchaler
Que tuyt temps era fronter

E de tute maluestay fontana
Per mantenir la bauzana

E al pays de peamont trater darmage
E li seignour de chel chastel nauen lo corage

Ore le bon princi de la morea louys
Elia de scaza e honoreuolment conquys

Que ogla so ost ferma
E tut entorn enuirona

De gent dape e de gent darme
Unt erent trey coglart e quatre bombarde

Ma per la vertuy de madona luysa
Chel castel ha cambia deuysa

Si que l'an mille CCCX. circa le XXIII. hore
Lo mercol ady vint nof de ottoure

Chil del castel se son rendu
E a la mercy del dit princi se son metu

Que glia de dintre soe gent manda·
E la soa bandiera sussa lo castel an buta

La qual na la banda broua trauersa
En criant aute vox viua lo princi e part versa

Al qual dieu per la soa bonta
Longament dea vittoria e bona santa.

Amen.

N. III.

Privilegio per lo studio di Torino concesso dal Sommo Pontefice Gioanni XXIII. 1413. nelle calende d'agosto.

Johannes episcopus seruus seruorum dei ad perpetuam rei memoriam. In eminentis dignitatis apostolice speculo superni dispositione consilii licet immeriti constituti ad uniuersas fidelium regiones nostre vigilantie creditas earumque profectus et commoda tanquam uniuersalis dominici gregis pastor nobis commissi speculationis aciem quantum nobis ex alto conceditur extendentes fidelibus ipsis ad querendum literarum studia per que diuini nominis fideique catholice cultus protenditur justicia colitur tam publica quam priuata res agitur omnisque prosperitas humane conditionis augetur libenter fauores gratiosos impendimus et oportune comoditatis auxilia liberaliter impertimur. Cum itaque sicut pro parte dilecti filii nobilis viri ludouici principis achaye nuper fuit expositum coram nobis ipse princeps non solum ad utilitatem et prosperitatem huiusmodi rei publice et incolarum terrarum ei subiectarum sed etiam aliarum partium vicinarum laudabiliter intendens in eius ciuitate taurinensi tamquam loco insigniori et magis ad hoc accomodo et idoneo in quo aeris viget temperies victualium ubertas ceterarumque rerum ad usum humanum pertinentium copia reperitur desideret plurimum fieri et ordinari per sedem apostolicam studium generale in qualibet licita facultate ut ibidem fides ipsa dilatetur erudiantur simplices equitas seruetur judicii vigeat ratio illuminentur mentes et intellectus hominum illustrentur. Nos premissa et etiam eximiam fidei et deuotionis sinceritatem quam ipse princeps ad nos et romanam ecclesiam gerere comprobatur attente considerantes feruenti desiderio ducimus quod ciuitas predicta scientiarum

ornetur muneribus ita ut viros producat consilii maturitate conspicuos virtutum redimitos ornatibus et diuersarum facultatum dogmatibus eruditos sitque ibi scientiarum fons irriguus de cuius plenitudine hauriant uniuersi litterarum cupientes imbui documentis. Hiis igitur omnibus et presertim ydoneitate dicte ciuitatis que ut accepimus ad multiplicanda sane doctrine semina et germina salutaria producenda magis congrua et accomoda inter alias ciuitates et loca ditioni subdita principis eiusdem fore dicitur diligenti examinatione pensatis non solum ad ipsius ciuitatis sed etiam habitatorum et incolarum regionum circumiacentium commodum atque profectum paternis affectibus excitati ac huiusmodi principis deuotis in hac parte supplicationibus inclinati ad laudem diuini nominis et eiusdem fidei propagationem auctoritate apostolica statuimus et etiam ordinamus ut in eadem ciuitate de cetero sit studium generale illudque inibi perpetuis temporibus vigeat tum in theologia ac in jure canonico et ciuili quam in quauis alia licita facultate quodque legentes et studentes ibidem omnibus et singulis priuilegiis libertatibus honoribus exemptionibus et immunitatibus concessis magistris doctoribus ac studentibus commorantibus siue residentibus in aliis studiis generalibus quibuslibet gaudeant et utentur quodque illi qui processu temporis brauium meruerint in facultate illa in qua studuerint obtinere ac docendi licentiam ut alios erudire valeant nec non magisterii seu doctoratus honorem petierint eis largiri per doctorem seu doctores magistrum seu magistros facultatis eiusdem in qua examinatio facienda fuerit episcopo taurinensi pro tempore existenti et taurinensis ecclesia pastoris solacio destituta vicario seu officiali in spiritualibus dilectorum filiorum capituli taurinensis presententur et qui quidem episcopus uel vicarius seu officialis aliis doctoribus et magistris in eadem facultate ibidem tunc legentibus conuocatis promouendos eosdem in hiis que circa magisterii seu doctoratus honorem quomodolibet requirantur per se

uel alium juxta modum et consuetudinem in talibus in aliis studiis prefatis obseruari solitos examinare studeat diligenter eisque si ad hoc sufficientes et ydonei reperti fuerint huiusmodi licentiam tribuat et doctoratus seu magisterii impendat honorem. Illi vero qui in eodem studio ciuitatis eiusdem examinati et approbati fuerint ac docendi licentiam et honorem huiusmodi obtinuerint ut prefertur extunc absque aliis examinatione et approbatione deinceps regendi et docendi tam in ciuitate quam singulis aliis studiis prefatis in quibus regere uel docere voluerint plenam et liberam habeant facultatem statutis et consuetudinibus etiam juramento confirmatione appostolica uel quacumque firmitate vallatis et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti et ordinationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum rome apud sanctum petrum in kalendis augusti pontificatus nostri anno tercio.

Pende il sigillo.

FINE DEL VOLUME SECONDO.

V. Botto Rev. Arciv.

V. Se ne permette la stampa:
Torino il 21 aprile 1832
Vachino per la Gran Cancelleria.

INDICE

LIBRO PRIMO

1227. 11. *febbraio.*	*Vassalli della chiesa vescovile di Ivrea* . . . . . pag.	1
1228. 18. *gennaio.*	*Costituzione di dote di Margarita di Savoia consorte di Bonifacio marchese di Monferrato* . . .	4
1234. 23. *luglio.*	*Convenzione tra Amedeo IV conte di Savoia ed Aimone e Pietro suoi fratelli sulla successione paterna*	6
1239. 14. *marzo.*	*Aumento di dote di Margarita e Beatrice figliuole del conte Amedeo IV*	11
1254. 16. *febbraio.*	*Sentenza degli arbitri sulle pretese del principe Pietro intorno alla eredità paterna*	13
1273. *il giov. av. Pent.*	*Eleonora di Savoia cede ad Amedeo ogni diritto nel contado di Savoia*	16
1283. 27. *maggio.*	*Il conte Filippo restituisce il castello di Moncalieri ai nipoti* .	19
1286. 24. *maggio.*	*Atti pubblicati nei comizi tenuti a Giaveno*	20
1294. 1. *febbraio.*	*Filippo promette di osservare l'accordo avuto col conte Amedeo V*	23
1295. *in gennaio.*	*Lettera del conte Amedeo V al comune di Carignano*	25

1295. 1. *febbraio*. *Lettera di Filippo ai nobili della Savoia* 26
1295. 24. *febbraio*. *Filippo prende possesso dei dominii del Piemonte* 27
1301. 10. *dicembre*. *Il consiglio del principe d'Acaia delega certa causa al giudice di Moncalieri* 30
1303. 3. *giugno*. *Assegno di 300. imperiali annui sul principato d'Acaia con omaggio a favore di Giacomino di Scalenghe* ivi
1305. 17. *novembre*. *Trattato tra Carlo re di Sicilia ed il principe Filippo* 32
1306. 14. *maggio*. *Dedizione del comune di Gassino al principe Filippo* 36
1306. 26. *luglio*. *Lega tra Amedeo conte di Savoia e Filippo principe d'Acaia per la conquista dei comuni d'Asti e di Chieri* 38
1306. 27. *dicembre*. *Revocazione della medesima lega* ivi
1307. 11. *maggio*. *Trattato tra Carlo re di Sicilia ed il principe Filippo* . . . 45
1309. 8. *aprile*. *Convenzione tra Filippo principe d'Acaia ed il comune d'Asti* . 51
1309. 22. *aprile*. *Vassalli del Piemonte giurano fedeltà a Roberto d'Angiò* . . . 57
1310. 26. *giugno*. *Pace tra Filippo principe d'Acaia e Teodoro marchese di Monferrato* 71
1310. 15. *dicembre*. *Il comune di Carignano è affrancato dal principe Filippo* . . 76
— — *Memoriale del principe Filippo all' imperatore Enrico* 87
1313. 24. *settembre*. *Dedizione del comune d'Ivrea al conte Amedeo V* 89

1313. 20. e 29. 8.*bre*. *Compromesso con arbitrato sulle pretese del principe Filippo di Acaia intorno alle concessioni imperiali fatte al conte Amedeo V* 95

1313. 1. *dicembre*. *Lega tra Amedeo V, Filippo principe d'Acaia ed Alberto vescovo d'Ivrea* 101

1313. 17. *dicembre*. *Lega tra Amedeo V, e Filippo di Acaia intorno al conquistare i dominii del re Roberto* . . . 102

1314. 20. *gennaio*. *Dedizione del comune di Sommariva del Bosco al principe Filippo d'Acaia con franchigie* . 104

1314. 30. *marzo*. *Lega tra Filippo d'Acaia, e Manfredo di Saluzzo intorno al dividersi il marchionato di Monferrato* 108

1320. 1. *luglio*. *Trattato tra Filippo di Valois e Filippo d'Acaia* 111

1324. 3. *maggio*. *Margarita d'Acaia rinunzia ai diritti materni a favore del genitore* 114

1327. 27. *marzo*. *Convenzione del principe Filippo coi monaci di Rivalta per la cessione delle possessioni di Villanova* 115

1328. 22. *novembre*. *Lettera del principe Filippo al vicario di Torino intorno al provvedere le armi alla milizia* . . 118

1328. 22. *novembre*. *Lettera del principe Filippo al vicario ed al comune di Torino per la congrega degli ambasciadori dei comuni* 119

1333. 18. *gennaio*. *Lettera del principe al vicario di Torino sul passaggio del re di Boemia* 120

1333. 12. *ottobre.* *Lettera di Filippo sui prigionieri presi nella battaglia di Tegerone* 121
1333. 29. *ottobre.* *Lettera del principe d'Acaia al vicario di Torino intorno alle sentinelle sui campanili e torri* . 122
1334. 21. *giugno.* *Lega del re Roberto, del marchese di Monferrato, di Federico di Saluzzo, del comune d'Asti contro Filippo principe d'Acaia* . 123
1334. 23. *ottobre.* *Sentenza di morte contra Enrietto Zucchi* 131

LIBRO SECONDO

1334. 28. *settembre.* *Aimone conte di Savoia investisce il principe Giacomo dei dominii del Piemonte* 139
1335. 20. *giugno.* *Lettera al comune di Torino per soccorrere Sommariva del Bosco* 141
1335. *in luglio.* *Trattato di pace tra Catterina principessa d'Acaia, ed il siniscalco del re Roberto* . . . 142
1335. 18. *luglio.* *Lettera al vicario di Torino per la pubblicazione della tregua col re Roberto* 145
1335. 11. *agosto.* *Lettera di pubblicazione della tregua col marchese di Monferrato* ivi
1337. 5. *marzo.* *Promessa di matrimonio tra Giacomo d'Acaia, e Beatrisina di Saluzzo* 146
1341. 5. *febbraio.* *Arbitrato del conte Aimone nelle differenze tra Giacomo principe*

d'Acaia, e Gioanni marchese di Monferrato 148

1341. 8. *dicembre.* *Gioanni marchese di Monferrato dichiara la guerra a Giacomo principe d'Acaia* 151

1342. 29. *giugno.* *Tregua tra Giacomo principe di Acaia e Gioanni marchese di Monferrato* 153

1343. 20. *gennaio.* *Pubblicazione della tregua tra Giacomo principe d'Acaia, e Gioanni marchese di Monferrato* . . . 157

1343. 15. *settembre.* *Pubblicazione dello studio stabilito a Moncalieri* 160

1344. 16. *febbraio.* *Procura di Giacomo principe di Acaia per chiedere soccorso al conte di Savoia, e transigere su certe pretese* 161

1345. 19. *settembre.* *Transazione tra Giacomo principe d'Acaia, ed i tutori di Amedeo conte di Savoia intorno alla non osservanza dell'arbitrato del* 1313 163

1346. 4. *agosto.* *Giacomo principe d'Acaia emancipa Filippo figliuol primogenito* 166

1346. 4. *agosto.* *Omaggio, che i nobili del Piemonte prestano a Filippo d'Acaia* . 170

1348. 29. *aprile.* *Sentenza del legato pontificio sulle differenze tra Amedeo conte di Savoia, Giacomo principe di Acaia, Gioanni marchese di Monferrato, e la famiglia dei marchesi di Saluzzo* 172

1352. 20. *settembre.* *Transazione tra Amedeo conte di Savoia, e Giacomo principe di Acaia intorno alla cessione della metà del dominio d'Ivrea* . . 180

1355. 20. *aprile.* *Diploma di concessione d'imporre un pedagio sulle merci che transitano i dominii di Giacomo principe d'Acaia* 186

1356. 7. *maggio.* *Lettera di Amedeo conte di Savoia a Giacomo principe d'Acaia, perchè rivocasse l'imposizione del pedaggio* 187

1356. 27. *giugno.* *Lega tra Giacomo principe di Acaia, e Bernabone, e Galeazzo Visconti signori di Milano contro i marchesi Gioanni di Monferrato, e Tommaso di Saluzzo* 192

1356. 12. *agosto.* *Gioanni marchese di Monferrato accetta la guerra intimatagli da Giacomo principe d'Acaia* . . 200

1356. 25. *settembre.* *Relazione di Ludovico Revoire sulla missione sua a Giacomo principe d'Acaia per riavere la città d'Ivrea* 202

1356. 8. *ottobre.* *Relazione di Umberto di Savoia inviato come commissario al governo della città d'Ivrea occupata dalle armi di Giacomo principe d'Acaia* 204

1356. 17. *ottobre.* *Sentenza, in cui Giacomo principe d'Acaia è condannato a rivocare l'imposizione del pedaggio* . . 207

1356. 4. *novembre.* *Sentenza, colla quale i feudi del principe d'Acaia sono dichiarati devoluti al conte di Savoia* . . 208

1359. 28. *ottobre.* *Lettera del conte Amedeo a Giacomo d'Acaia, nella quale gli notifica, che procede contro di lui a mano armata* 209

1360. 12. *aprile.* *Amedeo VI conte di Savoia conferma ai nobili del Piemonte le loro antiche franchigie* 212
1364. 10. *aprile.* *Filippo d'Acaia presta omaggio ad Amedeo conte di Savoia, e conferma lo stipulato col suo genitore* 218
1367. 25. *aprile.* *Protestazione del principe Giacomo d'Acaia contro Filippo suo figliuol primogenito* 220

LIBRO TERZO

1367. 28. *giugno.* *Convenzione tra Margarita di Beaujeu principessa d'Acaia, e Filippo d'Acaia* 227
1367. 3. *dicembre.* *Filippo d'Acaia promette al conte di Savoia di recarsi in Ciamberì* 230
1368. 20. *giugno.* *Lettera del monaco de Hecz al conte Amedeo di Savoia* . . . 231
1368. 24. *giugno.* *Ordine di Filippo d'Acaia al comune di Cavallermaggiore di prestargli il giuramento di fedeltà* 232
1368. 27. *giugno.* *Lettera del conte di Savoia al monaco de Hecz* 233
1368. 28. *giugno.* *Lettera del monaco Hecz al conte di Savoia* 234
1368. 28. *giugno.* *Lettera del conte di Savoia al monaco Hecz* 235
1368. 2. *luglio.* *Lettera del conte di Savoia a Filippo d'Acaia* 236
1368. 11. *agosto.* *Lettera del conte di Savoia a Filippo d'Acaia* 238

1368. 21. *agosto.* *Convenzione tra Amedeo conte di Savoia e Filippo d'Acaia* . . 240
1368. *in settembre.* *Supplica di Margarita principessa d'Acaia al conte di Savoia contro Filippo d'Acaia* 244
1368. 27. *settembre.* *Giudicato del conte di Savoia intorno alla supplica presentatagli da Margarita principessa d'Acaia* 248
1368. 28. *settembre.* *Sentenza, in cui Filippo d'Acaia è dichiarato carcerato* . . . 250
1368. 30. *settembre.* *Sentenza, colla quale Filippo di Acaia vien privato del titolo di principe* 253
1369. 31. *gennaio.* *Lettera del conte di Savoia al monaco Hecz ed a' suoi compagni d'armi, per averli al di lui servizio* 256
1369. 27. *febbraio.* *Ordine del conte di Savoia alla città di Torino di concorrere nella formazione della fossata da Lombriasco a Moncalieri* . 257
1369. 1. *marzo.* *Lettera del cavaliere* Rubins de la Tente *al conte di Savoia, intorno alla sua missione al monaco Hecz ed a' suoi compagni d'armi* 258
— 21. *febbraio.* *Lettera del monaco Hecz al conte di Savoia* 259
1372. 7. *luglio.* *Trattato di lega tra Gregorio XI sommo pontefice, ed Amedeo VI conte di Savoia* 261
1387. — *Estratto dal conto del tesoriere N. Guglielmo di Caluso, relativo al luogo di Verrua* 267

1390. — *Lettera di Amedeo principe d'Acaia a Teodoro despota della Romania* 268
1390. 19. *dicembre*. *Lettera di Teodoro despota della Romania ad Amedeo principe d'Acaia* ivi
1391. 22. *febbraio*. *Risposta dei primati d'Acaia al principe Amedeo* 269
1391. 5. *giugno*. *Trattato tra Amedeo principe di Acaia ed i primati di quel principato* 270
1394. 12. *luglio*. *Lettera del marchese di Monferrato ad Amedeo principe d'Acaia* . 275
1394. 14. *luglio*. *Risposta del principe d'Acaia al marchese di Monferrato* . . . 276
1396. 17. *gennaio*. *Pietro di Cocconato conte Radicati dichiara la guerra ad Amedeo principe d'Acaia* 277
1396. 8. *maggio*. *Teodoro marchese di Monferrato dichiara la guerra ad Amedeo principe d'Acaia* 278
1396. 23. *novembre*. *Dichiarazione della revoca dell'accusa fatta da Bernardo della Rocca contro il principe Amedeo d'Acaia* 279
1398. 8. *settembre*. *Gl'Isnardi astigiani signori di Sanfrè dichiarano la guerra ad Amedeo principe d'Acaia* 281

LIBRO QUARTO

1403. 3. *luglio*. *Editto di Lodovico principe d'Acaia contro i blasfemi, e coloro, che*

pronunciano i nomi di Guelfo e Gibellino 285

1410. — *Poesia sulla resa di Pancalieri alle armi di Lodovico principe d'Acaia* 287

1413. *nelle calende d'agosto.* *Privilegio per lo studio di Torino concesso dal Sommo Pontefice Gioanni XXIII* 289

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 104209256